I r

SIXTUS [illegible]

Iv

Incipit tabula primi libri Statutorum terre lugnani De regimine

De oblatione in festiuitate per officiales fienda ~ Rubrica I.

De missa et officio per Potestatem et officiales audienda Rubrica II

De citatione et mandato certo tempore non fienda Rubrica III

De iuramento Potestatis Rubrica IIII.

Quod nemo possit esse Potestas terre lugnani qui non distet a dicta terra per decem miliaria ~ ~ ~ Rubrica V

Quod nullus Potestas possit stare ad offitium in lugnano qui steterit usque ad tres annos ~ ~ Rubrica VI.

Quod Potestas teneatur infra terminum unius mensis reuidere territorium et confinia et terminos terre Lugnani Rubrica VII.

Quod Potestas teneatur tribus diebus Ante finem sui offitij consingnare omnes suos Libros ~ ~ ~ Rubrica VIII.

Quod Potestas teneatur infra terminum sexaginta dierum ferre Sententias in dannis datis & extraordinarijs Rubrica VIIII.

Quod Potestas non Possit in aliquo consilio petere arbitrium ~ ~ ~ Rubrica X.

Quod Potestas possit in rebus licitis imponere penam decem sollidorum ~ ~ Rubrica XI

Quod Potestas teneatur exigere credita communitatis absque ullo salario ~ Rubrica XII

Quod potestas non possit accipere ab aliquo pecunias sed illas ad manus Camerarij peruenire faciat Rubrica XIII

Quod Potestas debeat cogere habentes inimicitias in palatio ad faciendum pacem Rubrica XIIII.

Quod Potestas in prima die ianuarij debeat facere iurare omnes habentes officium communis Lugnani Rubrica XV

Quod Potestas in terminum duorum mensium a die sui introitus debeat inquirere et inuenire omnes cartas et alia Spectantia dicti communis ~ ~ Rubrica XVI.

Quod Potestas teneatur dare consilium Sapientis in omni capitulo huius statuti unicuique Rubrica XVII

Quod appellatione Pendente potestas non debeat Grauare aliquem Appellatum Rubrica XVIII

Quod potestas uel eius uicarius non Possit se rogare de aliquo instrumento Rubrica XVIIII

Quod Potestas non possit pignorare nec alicui tenutam dare de pannis Lectorum nec arma Rubrica XX.

Extraordinaria Rub. 33

Q Poteſtas debeat ſignificar̄
circum Stantibuſ q si con
traxerit cum aliquo Lugna
nenſe de aliqua re ibit ad
ſuum riſicum Rca XXI·

Q Poteſtas teneatur cuſtodi
re captiuos quacumq de
cauſa suis sumptibus Rca XXII

Q Poteſtas teneatur conſi
gnare camerario communis
in fine sui officij unam ba
liſtam cum cento Rca XXIII

Q Poteſtas poſſit punire om
nia maleſitia et damnada
ta secundum capitula pre
ſentis ſtatuti Rca XXIIII

Q Poteſtas teneatur execu
tionem facere omnium et
Singularum ſententiarum
tam de suo tempore quam ſuor
predeceſſorum Rca XXV

Q Poteſtas poſſit expellere
aterra lugnani omnes in
fectos Rca XXVI

Q Poteſtas teneatur apta
ri Facere carcerem comm
unis compedes ferreoſ et
uincula sumptibuſ com
munitatis Rca XXVII

Q Poteſtas non poſſit aliq
uam mulierem lugnanen
ſem conſtringere in palatio XXVIII

Q Poteſtas non poſsit ali
quem Lugnanenſem mic
tere in carcer bus si uolu
erit dare fideiuſsores Rca XXVIIII

Q si Poteſtas uel eius uica
rius fecerit aliquam extor
ſionem et ſimoniam puni
antur in libris quinquagin
ta Rca 30

Q Poteſtas uel eiuſ uicar
iuſ uel aliam Spetialis per
ſona non poſſit aliquam
partem huius statuti uitia
re sub pena Centum libr. Rca 31

Q Poteſtas et eius uicarius
teneantur finito tempore
eorum officij exire de pa
latio communis Rca 32

Q Poteſtas uel eius uicari
us finito tempore eorum
officij finem refutationem
ſindico communis facere tene
antur Rca 33·

Quantus ſit ſollidus, et qua
trenus Et quantus ſit libra Rca 34

Quomodo diſtribuuntur pe
cunie penarum repertarum
perueniendarum ex officio
Curie Rca 35

De Salario Poteſtatis Rca 36

De Pena mulierum intran
tium cappellam sancte
natolie Rca 37·

Q domini quatuor anteposi
ti qui pro tempore fuerint
debeant in feſto Sancti Ste
fani congregare conſilium
ad faciendum buſsulum
nouum Rca 38

Non ignara malis

De iuramento dominorum
quatuor Ante Poſitorum
coīs Lugnani R ca 39
Quomodo ſit exigenda ſubſi
dia salis et soluenda theſau
rario Patrimonij R ca 40
Q domini quatuor finien
tes offitium poſſint expē
dere de communis pecu-
nijs in cenam faciendam
quatuor Nouis quatra
ginta solidos R ca 41
Q domini quatuor una cū
poteſtate teneantur reuide
re muros coīs R ca 42
Quomodo debeant celebr
ari conſilia communis
Lugnani R ca 43
De iuramento Cancellarij
et ad quid teneatur R ca 44
De electione camerarij
communis Lugnani et
Eius offitio R ca 45
De electiōe ſyndici comu
nis et Eius officio R ca 46
DE Electione Termi
natorum et Eius offi
cio R ca 47
De Electione Extimato
rum et eorum officio R ca 48
De Electione caſtaldi
et eius officio Et Sala
rio R ca 49
De electione Cuſtodū
damnorum datorum et
eorum officio R ca 50
Q Poteſtas ac domini qua
tuor teneantur in prin
cipio menſis Januarij
qui uult bandiri facere
se abſentare a dicta ter
ra faciat se ſcribere R ca 51
Q camerarius nō poſſit
expendere pecunias cō
munis de mandato pote
ſtatis uel Eius uicarij R 52
Q Tebule uel canalia de
tecto non poſſint tolli
et dari in tenutam R ca 53
Q Poteſtas non poſſit sub
stituere Aliquem Lugna
nenſem Loco ſui R ca 54
Q Pignora fienda per
curiam conſignentur ca
merario communitatiſ R ca 55
Q Poteſtas teneatur fa
cere Executionem omni
um suarum sententia
rum R ca 56
De feſtiuitate Sancte
marie in menſe Augu
ſti Celebranda R ca 57
De offitio Et cura facto
rum in bonis et fructi
bus communis et eorū
salario R ca 58
Q quatuor Anteposi
ti durante tempore eorū
officij non poſſint nec
debeant ab aliquo conue
niri aliqua cauſa uel in
alios Conuenire R ca 59

De ordine in funeribus
per mulieres ſeruando R^ca ·60·

Q Executio non fiat
in beſtiys - - - R^ca ·61·

Q Ante Poſiti ante finē
offitiy per banna publi
ca et conſueta debeant
monere Omnes Creddito
res cōis Ad recognoſcen
dum Eorum Creddita
et illa Soluere vel re
giſtrare - - R^ca ·62



1508

IN Nomine dn̄i Amen
Anno domini ab eius
Salutifera natiuitate
milleximo quingentesimo
octauo Indictione undeci
ma tempore Pontificatus Sa
nctissimi inchristo patris Et
domini nostri domini Julij
diuina prouidentia Dignis
simi pape secundi

Hic est liber Primus stat
utorum comunitatis terre
Lugnani deregimine

PROHEMIV

INter aliaīconprehensi
bilia benefitia que deus op
timus Maximus rationali
contulit creature illud quasi
precipuum reputatur ut eid
em sui ipsius Regimen Et po
testatem illico contulisse leg
amus Juxta illud fecit Deūs
Adam et inspirauit in cum
spiraculum Vite id est legem
naturalem qua tamen paul
atim sub crescente malitia ob
fuscata miserator Deus illam
coadiuuans per suos ministrō
principes alias leges promul
gauit tantum anaturali Justi
tia recedentes quantum hu
mana corruptela aprimitiua
puritate differebat qui Sacra
tissimi principes ad humanam
malitiam conuinceāt ad
innocentiā inter improbos cō
seruandam infinitas penē tt
promulgauit Et quia nulla lex
uel Sanctio quantumcumque
matura digesta consilio ad hu
manę naturę uarietate sufficit
eo presertim quum cotidie aliquid a
deo emergere formas statuitur
quum ex omnibus circumstantibus q
bus Jura composita incedi non
possint mandatum reuocetur
ea propter Adimitationemal
tissimi eius principes fuerunt
tur offitio ultra generales et to
ti orbi communes Sanctiones
nō dubitarunt prosubditorum
pacem omnibus populis facul
tates condendi leges impartiri
ut quisque gens sibi aut add
re aut de parte eorum adimere
pro temporum Et locorum condi
tione et qualitate uideatur que
tamquam particularia imperialis
sublimitas considerare dedigna
tur statuendi Et decernendi li
berum sibi esse arbitrium un
de communis inoleuit apud omnes
gentes consuetudo et licentia
ut quecumque ad bene et beate
uiuendum conducere uidea
ntur ea instatuta et obseruan
tiam inscriptis reducant et i
nuiolabiliter obseruari procurēt
Hic est quod communitas et homi
nes terre Lugnani attendentes
quam salubria fuerint ...

institutia que summa apud eos
hactenus ueratione et obseruã
tia custodita mirifice Paci et qe
ti dicte terre et incolarum p
fuerũt quũ diuturnitate tempo
ris collapsa sordesceret prouida
deliberatione et industria pro
uidorum Dominici arcangeli
Antonij Mazuffare Francisci
carbonarij et Sanctori trasacti
Ante positorum Nec non specta
bilium uirorum Arcangeli ser
Ludouici Vannicelli ser pauli
Francisci alias capellecto et Ba
ptiste Vannis manni Composi
torum Siue Reformatorum Et
ser Francisci De gentileschis
Eiusdem comunitatis cancella
rij ad hanc prouintiam comun
iter omniũ consilio Electorum
Reformanda transcribenda et
edenda decreuit : eaq summa
uigilantia et studio emenda
ta et in publico consilio promu
lgata comunitas predicta Re
cepit Et Emologauit et decre
uit inuiolabiliter custodiri et
obseruari obtinenda prius ta
men Confirmatione et appro
batione a Sede apostolica
seu Reuerendissimo Domino
Legato cuius correptioni om
nia ista facta et fienda ut
uti par est Deuote Et humili
ter supposuit Et hoc Ad lau
dem Omnipotentis Dei Et in
temerate Virginis Matris
Marie et sanctorum Franci
sci et Euditij ac Beate uirgi
nis Lucie Aduocatorum et
Protectorum prefate terre
Lugnani Et ad honorem Re
uerendissimi In christo patris
et Domini R tituli sancti
Georgij diaconi Cardinalis
sub eius umbra et protectiõe
comunitas Lugnani in pace et
prosperitate uiuit et requie-
scit secura et ad bonum et pa
cificum comunitatis ante di
cte statum et pacificum Re
gime ac quietum :

DE oblatione in festiuita tate per offitiales fienda Rx. I

Vt presidio Intemerate et
gloriose uirginis Marie
a cunctis aduersitatibus et pe
riculis tueamur Statuimus
et ordinamus quod quatuor
Ante positi Comunis terre
Lugnani et Camerarius eorũ
qui pro tempore erunt singulis
annis teneantur et debeant
in festiuitate asumptionis Be
ate Marie Virginis de mense
Augusti emere unum cereum
ponderis decem librarum et
illum offerre in primis uesp
eris in altare ecclesie sancte
Marie de Lugnano insupe

decta feſtiuitate Item teneantur etiam emere unum cereũ ponderis trium librarum et illũ offerre in ecclesia ſancti franciſci de lugnano vz in altare in feſtiuitate conſegrationis p̃dicte eccleſie de mense maij Et etiam unum alium cereũ similem offerre in dicta eccleſia ſancti franciſci in feſtiuitate ſancti franciſci de menſe ottobris Et ſi predicta facer̃ neglexerint puniantur pen̄ uiginti ſollidorum pro quolibꝫ ipsorum et qualibet uice et de pecunijs proprijs eorũ dictos cercos unum uel plures emere teneantur Teneantur etiã dicti quatuor antepositi et camerarius in supra dicta feſtiuitate sancte marie de menſe auguſti emere duodecim candelã ponderis unius uncie pro qualibet et illas diſtribuere inter offitiales quando itur in proceſſione cum Imagine beate Virginis marie In primis Veſperis Volumus etiam et ordinamus q Poteſtas terre Lugnani uel eius uicarius qui pro tempore erunt teneantur et debeant vinc° iuramenti et ſub pena uiginti quinq̃ librarum ſingulis Annis offerre et dare in altare Eccleſie sancte marie de Lugnano in feſtiuitate aſumptionis Beate marie Virginis de menſe Auguſti unũ cereum ponderis duarum librarum Et unum aluim similem cereum ſimiliter emptum de corꝫ propriis pecunijs offerre in alta dicte eccleſie sancte marie In feſtiuitate purificationis de menſe februarij et Vnum alium cereum ſimilem offerre in altare sancti franciſci in feſtiuitate conſegrationis de mẽse Maij

De miſſa Et offitio per poteſtatem et offitiales audien̄ ii

Statuimus et ordinamus ad bonum modum uiuendi et ad exemplum cunctorum ut omnes Conueniant ad diuina offitia q Poteſtas uel eius uicarius quatuor antepositi cum cancellario et camerario qui pro tempore Erunt teneantur et debeant omnibus diebus feſtiuis Ire Et ſtare ad totam miſſam ſollempne in eccleſia ſancte marie de Lugnano in choro et loco eis deputato et offerre aliquam elemoſinam in altare dicte eccleſie more ſolito et conſueto et si poteſtas uel eius Vicarius predicta facere neglexerint pena quatraginta sollidorum qualibet uice puni

atur Et quatuor antepositi
et cancellarius et camerarius
si predicta non obseruauerit
pena Viginti solidorum pro
quolibet ipsorum Et uicequi
alibet puniantur

De citatione et mandato certo tempore non fiendo R[ubri]ca iii

Vt omnes sine aliquo timo-
re et deuoti concurrant
ad diuina offitia statuimus
et ordinamus quod potestas
uel eius uicarius non possit
nec debeat quoquomodo uoc-
are nec aliquod mandatum
facere alicui eunti uel redeun-
ti ad dicta ecclesia dum offitia
diuina celebrantur nec etiam
castaldio ex parte ipsorum po-
ssit aliquam citationem uel
mandatum facere et si per
aliquem ipsorum contra factum
fuerit mandatum uel citatio
non teneat nec ualeat nec ali-
quis teneatur eis obedire et contra
hec potestas et eius uica-
rius contrafaciens incurra-
nt pena decem librarum pro
quolibet uice et quolibet no-
mine castaldius uero incidat
pena Viginti solidorum

De Juramento potestatis dando per cancellarium R[ubri]ca iiii

Vt Potestas terre lugnani
qui pro tempore erit sit
prudens et omni diligentia
uacet ad bonum iustitie et re-
gimen dicte terre et penitus
abstineat ab omni extorsione
et illicita exactione : Statu-
imus et ordinamus quod sequ-
enti die post aduentum ipsius
presentet se in palatio comu-
nis in consilio generali dicti co-
munis et producat et ostendat
breue continens concessionem
eius offitij potestarie quo uiso
et lecto in dicto consilio dictus
potestas debeat iurare ad sa-
ncta dei euangelia scripturis
corporaliter manu tactis ad
delationem cancellarij comu-
nis in hunc modum videlicet domi-
nus Cancellarius dicat uos
domine N de tali loco iurando
promictis mihi N notario pu-
blico tamquam publice persone
stipulanti et recipienti nomi-
ne communitatis terre lugnani et
Vice quorum interest uel in
terre ... potestatis durante temp-
ore tui offitij ad honorem et
reuerentiam omnipotentis dei
et gloriose beate marie eius
matris semper Virginis et
eius Beatorum apostolorum
Petri et Pauli et beatorum
confessorum Eusebii et Fra-
ncisci aduocatorum dicte terre

Lugnani et omnium sanctorum et sanctarum celestis curie regere et gubernare Terram Lugnani populum homines et personas dicte terre ad ueram fidem et deuotionem Sancte Romane Ecclesie et Sanctissimi domini nostri domini Julij Diuina prouidentia dignissimi pape secundi Et reuerendissimorum Dominorum Cardinalium Sacri collegij et maxime Reuerendissimi in christo patris domini Alexandri Cardinalis de Farnesio, Lugnani gubernatoris ac et ad pacem quietem et tranquillum modum uiuendi populi et hominum dicte terre Lugnani Jurando etiam promictis Jura et Juridictiones et bona comunis Lugnani conseruare et manutenere et amissa pro posse recuperare bona ecclesiarum et monasterij et loca religiose et religiosarum personarum dicte terre defendere et manutenere durante tempore tui offitij promictis facere continuam residentiam in dicta terra cum uno offitiali bono sufficienti et apto ad exercendum offitium dampnorum datorum et de dicta terra non absentabis tu nec tuus offitialis sine expressa licentia consilij generalis dicti comunis et si secus feceris Vis puniri in quatragınta sollidis pro qualibet uice et quolibet die et pro officiali tuo in sollidis uiginti pro quolibet die et qualibet uice si steteritis extra predictam terram et territorium ipius Promictis etiam durante tempore tui offitij qualibet mane ante horam tertiarum ad sonum campane sedere ad bamcum Juris et Jus et Justitiam unicuique petenti indifferenter ministrare Promictis etiam uincolo Juramenti obseruare et obseruari facere omnia capitula statuta reformationes et ordinamenta facta et fienda pro comune Lugnani et non contrafacere aliqua ratione exceptione uel causa sub pena et ad penam quinquaginta librarum denariorum pro qualibet uice et quolibet capitulo si per te contra factum fuerit uel per tuum offitialem promictis etiam in fine tui offitij dimictere de tuo salario florenos duos ad rationem quinquaginta bolonenorum pro quolibet floreno exponendis in una balista uel artiliaria prout quatuor anteposi

P. non dissecat

tis videbitur et placebit pro quolibet Semestri Ac etiam promictis esse contentus tuo deputato et ordinato salario secundum formam presentis statuti loquentis de Salario potestatis et plus non petere neque peti facere in aliquo consilio vel arenga sub pena quinquaginta librarum denariorum retinendarum per camerarium comonis de tuo proprio salario si secus feceris / Et quod statutum vel aliquod capitulum ipsius non mutabis augendo vel minuendo seu cassando et si contingerit sine expressa licentia et voluntate et reformatione consilij generalis dicte terre esse mutatum vel cassum sive additum habebis pro non casso vel mutato Etiam promictis vinculo juramenti offitium potestarie dicte terre per te ipsum exercere fideliter et non per aliquem substitutum vel substituendum aut et si secus feceris vis puniri in libris quinquaginta denariorum pro qualibet vice que pene ut supra apposite et declarate sint et esse debeant comunis Lugnani et Camerarius dicti comunis teneatur et debeat de tuo deputato salario retinere in fine tui offitij Et similiter offitialis dicti potestatis prestet juramentum de fideliter suum offitium exercendum ut Supra

Quod Nemo Possit esse Potestas terre Lugnani qui non distet a dicta terra per decem miliaria

R xv

Ne potestas terre Lugnani sit impeditus aliqua passione et ut possit ius et justitiam indifferenter omnibus ministrare Statuimus et ordinamus quod non possit venire ad dictum offitium potestarie dicte terre Lugnani aliquis qui sit oriundus seu continuus habitator alicuius loci qui non distet a terra Lugnani per decem miliaria ad minus et sit et esse debeat Notarius publicus Et idoneus ac expertus ad Ius et Reddendum Iustitiam cuicumque et casu quo veniret aliquis contra formam presentis capituli non admictatur et non Valeat acta et gesta per eum in dicto offitio et non sit obligatus aliquis de dicta terra lugnani eius mandatis parere et obedire

Quod Nullus Potestas possit

stare ad offitium in lugnano qui steterit usque ad tres annos. RXVI

Volumus etiam Statuimus et ordinamus quod potestas et eius offitialis terre lugnani functo offitio semestri eius non possit in dicto offitio refirmari nec ad dictum offitium redire inde ad tres annos proxime futuros et si ueniret comunitas Lugnani non debeat nec possit ad offitium receptare

Quod Potestas teneatur infra terminum unius mensis reuidere territorium et confinia et terminos terre Lugnani. RXVII

Ut bona, tenimentum et territorium comunis lugnani preseruentur Ordinamus quod Potestas terre lugnani teneatur et debeat infra terminum unius mensis a die sui introitus conputandi una cum quatuor antepositis dicte terre Ire ad reuidendum Confinia et terminos territorij terre lugnani circum Circa et si inueniunt terminos auulsos fractos seu quo modo maculatos ipse potestas teneatur et debeat monere cum consensu antepositorum et licteris suis requirere conuicinos adherentes pro uno die determinato ut ueniant ad reponendum et ad aptandum terminos in loco debito et casu quo non uenirent dicti conuicinij ipse potestas faciat dictos terminos reponere per terminatores comunis lugnani non obstante contumacia uel absentia dictorum Conuiciniorum Et potestas teneatur et debeat de dicta reuisione et remissione dictorum terminorum facere publicam scripturam in suo libro Ciuilium et si in predictis uel in aliquo predictorum negligens fuerit et predicta non faceret incurrat in penam quinquaginta librarum denariorum retinenda per camerarium comunis de suo proprio salario Si uero quatuor antepositi uel terminatores comunis ad requisitionem dicti Potestatis non irent ad dictam reuisionem et terminationem puniantur pena quatraginta sollidorum pro quolibet eorum et qualibet uice qua

arum penarum quarta pars sit potestatis et relique tres partes sit comunitatis Lugã ni

Q Potestas teneatur tribus diebus ante finem sui offitij consignare õnes suos libros comuni R. VIII

De terminamus et statuimus q potestas dicte terre Lugnani et eius vicarius teneatur et debeat quatuor ante positi dicte terre tribus diebus ante finem sui offitij consignare omnẽ et singulas Scripturas et libros mallior. ciuilium causarum extraordinar. et damnorum datorum in publicam et autenticã formã ad penam et sub pena quinquaginta librarũ denariorum

Q Potestas teneatur infra terminum sexaginta dierum ferre sententias in damnis dati et straordinarijs R. VIIII

Item statuimus q potestas uel eius vicarius teneatur et debeat ferre sententiam in damnis datis et extraordinarijs infra sexaginta dies post factam accusam uel inquisitionem et de malefitijs quolibet mense et in dictis terminis expedire teneatur et debeat omnia mallia D. D. et extraordinaria computando a die facte accuse uel formate inquisitionis per sententiam ut dictum est uel per bulectam prout ei expedire uidebitur sub pena et ad penã quinquaginta librarum denariorum ut sup applicandarum et dicto termino elapso sententia non valeat nec teneat

Q Potestas nõ possit in aliquo consilio petere arbitrium :- R. X

Statuimus et ordinamus q Potestas uel eius offitialis non possit nec debeat arbitrium petere in aliquo consilio et si aliter concessum fuerit non ualeat ipso iure vz sup aliquo mallio uel delicto

Q Potestas possit in rebus licitis imponere penam Decem sollidorum :- R. XI

Ut Potestas qui pro tempore erit possit uiriliter offitium suum exercere Statuimus q potestas possit

et ualeat mandare et preci
pere in rebus licitis iustis et
honestis sub pena decem so
llidorum et eius offitialis in
sollidis quinque dummo[do] ma[n]
data predicta sit facta per
dictum potestatem et eius
offitialem seu baiulum in
persona alicuius et dictum
mandatum posit fieri per
dictum potestatem uel eius
offitialem siue baiulum ta
ntum bis in die

Q[uod] Potestas teneatur exigere credita comunitatis absq[ue] ullo salario R[ubrica] XII

Volumus etiam statui
mus q[uod] potestas teneatu[r]
et debeat absq[ue] aliqua solut
tione cogere et exigere ab om
nibus debentibus comuni
tati lugnani tam de collectis
datijs in positis et in ponen
dis qua[m] etiam de omnibus
alijs et singulis debitis qua
cumque occasione et a predi
ctis debitoribus non posit
nec debeat aliquid petere uel
recipere pro eius executione
ad penam quinquaginta li
brarum pro qualibet uice et
si in predictis fuerit negliges
in exigendo a dictis debito
ribus et eos cogendo ut solu
ant camerario comunis to
tam summam quam predicti de
bitores debebant conputetur
in eius salario

Q[uod] Potestas non possit accipere ab aliquo pecunias sed illas ad manus camerarij peruenire faciat R[ubrica] XIII

Statuimus etiam et ordi
namus q[uod] potestas terr[e]
lugnani non posit nec uale
at aliquo modo recipere ab
aliquo ullam quantitatem
pecuniarum de penis et con
demnationibus malleficiorum dam
norum datorum et extraor
dinariorum sed debeat facere
bullectam more solito de pre
dictis et cogat debentes ut in
tegre satisfaciant camerario
comunis et de mense in men
se fiat computum cum came
rario et per manus dicti ca
rarij habeat quartam parte[m]
sibi tangentem et si contra
fecerit in quinquaginta libris
puniatur et illi qui soluerent
potestati et non camerario
incurrant in pena quinque
librarum denariorum et ultra
hec soluere teneantur integre
de eius condemnatione came
rario comunis non obstant[e]
solutione facta potestati

Q̄ Potestas debeat cogere habentes Jnimicitias in palatio ad faciendū pacē R XIIII

Vt semper Pax et quies inter homines terre Lugnani vigeat Statuimus et ordinamus q̄ potestas uel eius uicarius teneantur et debeant cogere in palatio comunis omnes et singulos homines habentes inimicitias quacumque de causa ad faciendum pacem et remictendum omnem Jniuriam Jnter ipsos illatam tam facto q̄ uerbo et eos detinere in palatio donec dicta pax inter eos fuerit celebrata et facta et datis idoneis fideiussoribus de conseruatione dicte pacis a parte utraque et potestas possit pro predictis exequendis imponere penam uigintiquinque librarum

Q̄ Potestas in prima die ianuarij debeat facere iurare omnes offitia habē̄tes comunis Lugnani R XV

Item statuimus et ordinamus q̄ potestas qui pro tempore erit prima die ianuarij cuiuslibet anni debeat omnibus et mandare consiliarijs nouiter deputatis pro anno sequenti camerario scinthico terminatoribus et extimatoribus et factoribus comunis ut ueniant ad palatium et omnes iurent ad sancta dei euangelia fideliter exercere et facere offitium suum remotis ab eis amore timore prece pretio lucro damno et omni humana gratia

Q̄ Potestas in terminū duorum mensium a die sui introitus debeat inquirere et inuenire omnes cartas et alia spectantia dicti comunis R XVI

Teneatur Potestas et eius Vicarius in termino duorum mensium post introitum sui offitij querere et inuenire omnes scripturas et instrumenta comunis spectantia et pertinē̄tia et continentia iure comunis ad penam uiginti quinque librarum et cogere ad Juramentum omnes Notarios dicte terre si habent uel Sciunt aliquem habere instrumenta pertinentia dicto comuni et illis inuentis restitui faci

d

at camerario dicti comunis ad penam decem librarum

Quod Potestas teneatur dare consilium sapientis in omni capitulo huius statuti Vnicuique R. XVII

Si qua dubietas obscuritas uel ambiguitas oriretur uel esset in aliquo capitulo Presentis statuti posito uel ponendo inter potestatem uel eius uicarium et aliquam personam dicte terre et per illam personam diceretur potestati uel eius Vicario quod intellectus statutariorum qui dictum statutum fecerunt Sic Sit. Statuimus quod ipse potestas uel eius uicarius ad petita cuiuscumque petentis teneantur et debeant dare consilium sapientis super dubitatione et obscuritate predictis ad penam uiginti quinque librarum et teneatur parti lese ad damna et interesse

Quod appellatione pendente potestas non debeat grauare aliquem appellatum R. XVIII

Appellatione Pendente statuimus et ordinamus quod potestas uel eius uicarius non possit aliquam personam grauare nec aliquam executionem facere contra talem appellantem dummodo appellauerit infra tempus et Inhibuerit a iure ordinatum a tempore facti precepti uel late sententie ad penam quinquaginta librarum qualibet uice et teneatur reficere omnia damna et expensas que et quas dictum comune uel spetialis persona dicte terre causa substinuerit exceptione aliqua non obstante

Quod Potestas uel eius uicarius non possit se rogare de aliquo instrumentis R. XVIIII

Potestas terre Lugnani uel eius uicarius non Possit scribere nec se rogare de aliquo instrumento comunis uel singularis persone nisi de hiis solum et dumtaxat que scribuntur et apparent in libro causarum ciuilium pro ut sunt compromissa Laudas declarationes arbitrorum pacta et conuentiones facta inter homines de Lugnano et aliabus

similia contra faciens pote
stas uel eius Vicarius in ui
qmtiquinq libris puniant
ur pro quolibet ipsorum et qu
alibet uice et instrumenta
facta per eos uel quemli
bet ipsorum non ualeant ipso
iure nisi appareant scrip
ta et annotata in eius lib
ro causarum ciuilium et
q. Potestas qui pro tempo
re fuerit uel eius uicarius
durante tempore sui offitij
non possint nec debeant ha
bere offitium cancellariatus
dicti comunis et si aliquis
ipsorum tempore predicto
durante durante dictum
offitium aceptauerint in
cidant in penam uiginti
quinq librarum Et si ali
quis contrarium consulue
rit in aliquo consilio uel are
nga puniatur in decem li
bris denariorum quarum
penarum tres partes sint
comunis Lugnani et reliq
ua sit Potestatis proxime
tunc successoris

Q. Potestas non possit pi
gnorare nec alicui tenutam
dare de pannis Lectorum
nec arma R. XX.

Item statuimus et Or
dinamus q. d. Potestas
uel eius Vicarius non pos
sit aliquem pignorare uel
pignorari facere uel tenutam
alicui concedere in pannis
lectorum nec in aliquo gene
re armorum aptorum ad de
fendendum et ad offendend
um sub pena et ad penam
decem librarum denariorum
pro quolibet ipsorum et qualibet
uice

Q. Potestas debeat sig
nificare circumstantibus
q. si contraxerint cum ali
quo Lugnanense de aliqua
re ibit ad suum risicum R. XXI

Uolumus q. Potestas
uel eius Vicarius in
fra unum mensem post
introitum sui offitij sine ter
minis significare teneatur
communitatibus ciuitatum
terrarum et castrorum cir
cumstantium de contrata
ut consilio spetiali indebi
tur expedire q. quicumq co
traxerit cum aliquo Lugna
nense de aliqua re uel pecu
nia contrahat ad suum risicum
et fortunam Et q. comune Lu
gnani non uult nec intendit
in aliquo teneri Et si dictum
comune uel singularis per
sona dicti castri aliquod -

dannum uel periculum pa
tietur ob debitum alicuius
nostri conterrigene non ob
stante q Talibus forensibz
non fuerit significatum uel
sic Talis Lugnanensis tene
atur et debeat dictum com
une et spetiales personas
dicte terre indempne omni
tempore conseruare sacra
mento patientis Dannum
uel sendici comunis et dic
tum sacramentum habeatur
pro plena probatione Exc
eptione aliqua non obstan
te Et Potestas uel eius Vi
carius teneatur in contine
nti habito sacramento ab
illa persona que fuit dan
nificata uel a sendico com
munis teneatur et debeat
talem Lugnanensem debito
rem in persona et in rebus
suis executionem facere usq
ad condignam satisfationem
tam de dicto danno quam de Inter
esse

Q Potestas teneatur cu
stodire captiuos quacu
mq de causa suis sump
tibus R xxxii

Ordinamus et statui
mus q potestas et
suus notarius teneantur cu
stodire et custodiri facere om
nes captiuos dedictos qua
cumq de causa omnibz eorum
sumptibus et expensis et si
contingerit aliquem captiuum
de palatio comunis uel carceribz
effugere q potestas uel eius
vicarius soluere illam quan
titatem quam soluere tenere
tur aufugiens et presens capi
tulum in aliquo mutari non
possit nec suspendi nec sup
er dicta suspensione aliqu
id proponi possit

Q Potestas teneatur of
ferre unum cereum in fe
sto sancte marie ac eti
am consignare camerario
comunis unam balistam cum
cento in fine sui offitij R xxiii

Volumus et statuim
us q potestas dicte
terre uel eius Vicarius ob
reuerentiam et honorem
omnipotentis Dei et beate
Marie in festo calendarum
et in festo sancte marie me
sis Augusti teneantur offerre
unum cereum siue duplere
item cere ponderis duarum
librarum in altari sancte
marie contra faciens in dec
em libris puniatur Et nih
ilhominus Camerarius co
munis teneatur Emere de
salario potestatis et hoc

faciat in quatuor dies post
festa p̄dicta teneatur etiam
potestas functo tempore sui
offitij dimictere camerario
comunis pro ipso comuni re
cipere unam balistam noua
cum uno cento nouo prout
supra in capitulo iuramēto
potestatis latius continetu

Q potestas posit punire o͞
nia malefitia dannu data s;
capitula p̄ntis statuti R XXXIIII

Statuimus et ordinam
us q̄ si quod mallium
uel dannum datum fuerit
clarum potestati uel eius No
tario per confessionē rei uel
per testes. Et per ignoranti
am potestatis fuerit in pro
cedemdo aliquid ob missum
nō obstante talibus uel qui
buscumque sollennitatib; su
btilitatib; ob missis dic tis
potestas uel eius Vicarius
possit delinquentes punire
et condempnare secundum
capitula presentis statuti

Q potestas teneatur execu
tionem facer omnīū et sin
gularum sententia℞ tam
de suo tempore quam suor
um precessorum R XXXV

Etiam statuimus et ordi
namus q̄ potestas et eius
notarius teneantur et debeat
facere executionem omnīū
et singularum sententiarum
criminalium uel ciuilium dā
norum datorum extraordiā
riorum datiuarum collecta℞
et prestantiarū in positarum
uel imponendarum per consi
lium dicte terre tam suo
tempore q̄ suorum p̄decesso
rum contra omnes et singu
las personas contra quas
crūt faciende et que assiga
buntur ei per consilium
dicte terre q̄ citius poterit
secumdum formam ordi
namentorum faciendorum
per consilium dicte terre Et
si defectu ipsorum uel alic
uius eorum aliqua executio
remaneret puniantur in li
bris quinquaginta pro qu
olibet ipsorum et camera
rius comunis debeat retin
ere de ipsius potestatis sala
rio pro neglectis et ob mis
sis dictas libras totiens
quotiens per eos contra fac
tum fuerit et de predictis ex
ecutionib; faciendis per di
ctum potestatem et suum
notarium nihil peti possit
nec aliquid recipi a Comuī
uel singulari persona Et

si aliquis ipor aliquid rece
perit dicta de causa perdire
ctum uel per obliquum pu
niatur in pena Viginti qui
nque denariorum uice quali
bet Et si per ipos uel aliquē
ipor ꝓpositum fuerit in ali
quo consilio q eis pro dicta
de causa in aliquo prouide
deatur puniatur eadē pena
et si contrarium reformare
tur ipa reformatio nō valeat
ipo iure Et si notarius refo
mationum scriberet eadem
pena puniatur quod capit
ulum cassari suspendi uel
mutari non possit

Q potestas possit et tenea
tur expellere a terra Lugnani
omnes Infectos R XXXVI

Ordinamus etiam et sta
tuimus q potestas uel
eius Vicarius teneantur ex
pellere ex terra Lugnani ō
nes in fectos maxime epi
dimie morbo et non perm
ictat eos intrare in dicta
terra nec etiam intrare in
ecclesia sancti francisci ut
alij non contineant Et pro
ꝑdictis exequendis dictus
potestas possit inponere pe
nam suo arbitrio

Q Potestas teneatur aptari
facere Carcerem comunis cō
pedes ferreos et uincula su
mptibus comunitatis R XXXVII

Item statuimus et ordina
mus q potestas et eius
Vicarius teneantur et de-
beant aptari facere carce
res comunis ubi et quando
uidebitur necessarium et
simili modo cōpedes ferreos
et uincula de ligno prout
erit necesse sumptib; et ex
pensis comunitatis predi
cte Et pro ꝑdictis expedi
endis dictus potestas et eius
uicarius possint mandare
camerario comunis ut de pe
cuniis dce comunitatis sol
uat omnē inpensam pro
dictis aptationibus facie
dam

Q Potestas nō possit aliq
uem lugnanensem mictere
in carcerib; si uoluerit dare
fideiussores R XXVIII

Statuimus et reforma
mus q Potestas uel eius
Vicarius non possint ali
quem nostrum conterriga
nam carcerare ī aliquo
Loco nec in carceribus com
unis mictere aliqua de cā

si voluerit dare fideiussores de parendo mandatis dñi potestatis et sue curie et de soluendo penam comissi malefitii pot latam sententiam nisi haberet inditia contra eum de aliquo atroce maleficio prout de tradimento, homicidio, furto, magno incendio, incestu mulierum, et de hiis similibus ad penam et sub pena quinquaginta librarum denariorum si contra fecerit vice qualibet

Potestas non possit aliquam mulierem lugnanensem constringere in palatio — R XXVIIII

Ordinamus et statuimus quod Potestas vel eius vicarius non possit nec debeat aliquam mulierem constringere nec detinere in palatio comunis aliqua de causa nisi haberet inditia contra eam de aliquo atroce maleficio sed debeat mulieribus dare et consignare constrictam in ecclesia sancte marie vel in atrio dicte ecclesie et ibidem si opus fuerit examinare et responsiones dictarum mulierum recipere et alia facere et audire que ad eius offitium pertinent et non in palatio ad penam vigintiquinque librarum pro qualibet vice et qualibet mulier

Si Potestas vel eius vicarius fecerit aliquam extorsionem et simoniam puniantur in libris quinquaginta — R XXX

Item statuimus et ordinamus quod si potestas dicte terre vel eius vicarius fecerint aliquam extorsionem baractariam simoniam seu aliquam indebitam et iniuxtam exactionem alicui persone contra formam presentis statuti puniatur in libris quinquaginta denariorum pro qualibet vice et qualibet persona Et si comunitas lugnani vel singularis persona de dicta terra tali de causa substinuerit aliquod dannum potestas et vicarius eius teneantur ut debeant dicto comuni et particularibus personis reficere omnia damna expensas et interesse.

Hoc statutum fuit correctum tempore Admi dni Mag. R. Ecc. D. D. Iordani Latii de Corneto J.V.D. Equitis generalis terrarum Umbrie Perusii per has commissariales Rmi in xpo Patris D. Jo. Antonii [illegible] Epi Aretini, quae sic fuerunt directae ad D. D. Potestatem prefatum

ego franc. Fortianus [illegible] auctoritate notarius et canc. [illegible] supra [illegible] subscripsi [illegible]

Quod potestas uel eius ui
carius uel alia persona
spetialis non possit ali
quam partem huius sta
tuti Vitiare sub pena cen
tum librarum R. xxxxi

Ad euitandum maliti
as dolositates et scan
dala que quotidie com(m)icti
possunt presenti lege sta
tuimus et ordinamus quod
potestas qui pro temp(o)
re fuerit nullo modo ex
aliqua causa iusta uel in
iusta nec aliqua alia spe
tialis persona euideat nec
presumat aliquod innou
are lacerare cassare uacu
are addere diminuere ab
olere uel modo aliquo ui
tiare aliquam partem di
ctionem licteram uel ali
quid aliud in presenti sta
tuto et eius Volumine ad
penam centum librarum
denariorum Et quod dictus potestas
finito tempore sui offi
tij predictum statutum te
neatur et debeat resigna
re D(omi)nis quatuor antepo
sitis dicti comunis Inte
grum et inlesum et non
uitiatum aliqua parte
sui ad dictam penam qu
arum penarum medieta
tem esse uolumus domini
capitanii siue rectoris
patrimonij siue prouintie
et aliam medietatem co
munis lugnani

Quod potestas et eius Vicari
us teneantur finito tem
pore eorum offitij exire
de palatio comunis R. xxxxii

Item teneatur potestas
Vicarius una cum suo
notario et tota familia fi
nito tempore sui offitij
exire de palatio comunis,
et stare in hospitio uel in do
mo alicuius spetialis per
sone stare et morari in terra
lugnani tribus diebus con
tinuis ad rationem redden
dam de administratione eorum
offitij et de omnibus obmi
ssis et neglectis et male ad
ministratis coram scindi
cis et scindicatoribus electis
et deputatis per Consilium
dicte terre et eis scidica
toribus teneatur et debe
at dare fideiussores ido
neos et suffitientes deuu
ditione fisti et iudicata solue
ndo pro se et eius tota fami
lia qui scindici et scindi
catores teneantur et debe
ant formare generalem

ho. syndica
in pote

Inquiſitione primo die dic
ti ſeindicatus de omnibus
obmiſsis et male admini
ſtratis per dictum poteſt
atem et eius uicarium et
banniri facere per caſtal
dum comunis per loca pu
blica et conſueta dicte terr
q quicunque uoluerit aliqd
petere a poteſtate et eius ui
cario compareat primo ut
ſecundo die dicti ſcinthi
catus cum petitione alš
non audiatur amplius qui
ſcinthici predicti tertio die
dicti ſcinthicatus a diere
ſponſionis computando
debeant abſoluere uel con
dennare dictum poteſta
tem et eius familiam pro
eor diffinitiuam sentemti
am alš dictus poteſtas et
eius uicarius ab inde ultra
poteſtas et sua familia in
telligantur eē abſolti q pote
ſtas uel eius uicarius nō
poſſint de eorum sindica
tu proponere niſi ultimo
die eorum regiminis con
tra faciens in uiginti quin
que libris puniatur Et con
siliarius qui contra predi
cta conſuluerit in eadem pe
na puniatur Et notarius
reformationum si ſcriber
et eadem pena puniatur

et ī iudicio intereſſe non poſ
ſit pro ſe nec pro alio et refor
matio non ualeat ipō iure et
nemo licentiet dictum pote
ſtatem cum ſua familia an
te dictum tempus conſulen
do in dicto conſilio ad dictaz
penam Et si poteſtas diſce
ſserit de dicta terra Lugnā
et non ſteterit ad ſinthicatū
cum ſua familia toto dicto
tempore ſindicatus predcī
q ſindici electi ad ipūm ſin
dicandum teneantur ipūm
requiri facere per licteras
citatorias ad locum ubi ha
bet domicilium et eius co
munitatē et numptium sp
etialem Et si non uenerit
cum ſua familia infra ter
minum competentem inhis
aſſignare secundū loci di
ſtantiam ad rationem red
dendam ut supra dictum
eſt habeatur pro confeſſo
de omnibus petitis contra
eum et suam familiam et
si predicti ſinthici neglig
entes fuerit ad dictum sin
dicatum faciendum uel
eidem poteſtati et sue fam
ilie dederit licentiam diſce
dendi ante dictum tempus
in dicta pena Viginti quinq
libr puniantur pro quoli
libet ipōr Et sequens pote

stas teneatur procedere contra eos in predictis et quolibet predictorum et si dictus potestas cum sua familia fuerit sindicatus durante tempore sui offitij eius uel eorum sindicatus non teneat ullo iure

Quod Potestas uel eius uicarius functo tempore eorum offitij finem refutationem sindico Comunis facere teneantur
et libros consignare camerario R. XXXIII

Reformamus et statuimus quod Potestas uel eius uicarius finito tempore eorum offitij antequam discedat de terra lugnani teneantur facere finem et refutationem generalem et spetialem et perpetuam absolutionem sindico comunis pro dicto comuni et spetialibus personis petere et exigere possent quacumque de causa et debeant antequam discedant de dicta terra consignare Camerario comunis omnia acta ciuilium et criminalium et omnes alias scripturas utiles dicto comuni aliter discedere non permittatur per successorem contra faciens in quinquaginta libris puniatur tam ipse quam eius successor et in omni damno et interesse ex dicta causa comuni uel particulari personis proueniente

Quantus sit solidus et quatrenus et quantus sit Libra R. XXXIIII

Ne in exigendis penis et in solutionibus debitorum inpositis in capitulis presentis statuti oriatur aliqua dubitatio statuimus et ordinamus quod solidus sit et esse debeat duodecim denariorum quatrenus sit sex denariorum bononenus sit uiginti quatuor denariorum Libra uero uiginti solidorum et sic intelligatur in quibuscumque penis exigendis et aliis solutionibus contentis in presenti uolumine statutorum

Quomodo distribuuntur pecunie penarum repertarum perueniendarum ex offitio curie R. XXXV

Ut tribuatur unicuique quod suum est et quilibet excitetur ad exequendum iustitiam statuimus et or



dinamus quod Poteſtas terre
lugnani : vel eius vicar
ius habeat et habere debe
at de omnibus et singulis
malefitiorum dannorum
datorum Et extraordinario
rum penis perueniendis
ex eorum mero offitio quar
tam partem et relique tres
partes sint comunis Lugna
ni de accusationibus et inuen
tionibus factis et repertis
per custodes dannorum datorum
et aliarum tertiarum per
sonarum quarta pars de
penis exigendis ut supra
sit potestatis quarta accu
ſatorum due par tes ſint
comunis Lugnani de penis
uero inpositis poteſtati
uel eius uicario per formam
presentis statuti integre
sit comunis lugnani hoc
tamen declarato quod omnes
condemnati debeant totam
ſummam condemnationis so
luere in manibus camerarij
comunis Lugnani et non
poteſtati nec eius Vicario
nec aliquibus personis sub
pena dupli eius condemn
ationis et per huiusmodi fac
tam per dominum poteſta
tem uel eius uicarium Et
si poteſtas uel eius uicarius
uel alia quecumque persona

extraordinaria

aliquid acceperit ab aliquo
ex dictis condemnationi
bus et penis incidat in pe
nam uiginti quinque librarum
pro quolibet contrafaciente
et uice qualibet

DE · SALARIO POteſtatis

R. 36

Nec Aliqua differentia
Oriatur inter comune
lugnani et poteſtate qui
pro tempore erit in dic
ta terra lugnani ſtatui
mus et ordinamus com
munitas dicte terre pro
uideat et ſoluat pro pro
uiſione Et salario poteſ
tatis et eius familie de
ducatis decem et octo ad
rationem carlenorum de
cem pro quolibet ducato
pro quolibet ſemeſtri et de
dicto ſalario et prouiſione
dictus Poteſtas sit et eſſe
debeat contentus pro ſe
et eius familia et plus pe
tere non poſſit in aliquo
conſilio uel arrenga sub
pena quinquaginta librarum
et si per conſilium uel arre
ngam aliquid Ordinatum
fuerit ultra dictam ordi
nationem talis ordina
tio uel Reformatio non ua
leat et Notarius siue Can
cancellarius siue camera[illegible]

cancellarius

cellarius si talis erit ref
ormator scriberet uel pr
oponeret in decem libris
denariorum Puniatur co
sultor vero in quinq libr
puniatur et ipse potestas
in fine sui offitii tene
atur et debeat de soluti
one dictorum decē et oc
to ducatorum facere pr
fate Comunitati plenā
refutationem quietatio
nem et patt antequā
incipiat eius sindicatus

De pena Mulierū intran
tium Cappellā sanc
te Natolie R 37

La Cappella

Ad conseruandam
Et augendam fer
uentem deuotionem qui
est in cappella sancte
natolie posita in eccle
sia sancte Marie de Lu
gnano sub altare maio
ri dicte ecclesie Ordina
mus q mulieres cuiuscū
q condictionū et status sit
non possint nec aliquo
tempore debeant intrar
quoquomō in dicta capel
la nisi in die festiuitatis
dicte sancte natolie et
in primis Vesperis festi
uitatis Sancte marie de

de mense Augusti et per to
tam ottauam dicte festi
uitatis ad penam et sub
pena quinti solidorum
pro qualibet contrafacien
tem et qualibet uice Et Po
testas in predictis pos
sit inquirere ex suo offi
tio et inuentas culpabile
condempnar et punire i
supradicta Pena

Q domini quatuor ante
positi qui pro tempore
fuerint debeant in festo
sancti stefani congreg
are Consilium ad facie
ndum Bussulū Nouum R 38

Vt populus homines et
persone terre lugnani
perseuerent in uera fide
et deuotione sancte m
tris ecclesie et summi po
tificis et in pace et unio
dicti populi et Vniuer
sitatis dicte terre Statu
imus et ordinamus q
quatuor antepositi qui
erunt de mense decemb
ris congare et congregari
facere consilium generat
sexdecim hominum illius
anni in quo consilio eli
gantur duo boni et disc
reti homines qui eligatur

in dicto consilio isto mo
do videlicet quod quilibet ipsorum mic
tatur ad partitum in di
cto consilio et vincatur
per duas partes consilia
riorum aliter non valeat
et eligantur aliqui usque quo fuerit
victum per duas partes
consiliariorum qui duo hom
ines sic electi et deputati
per consilium secretum
eligant et deputent quat
uor homines qui habeat
facultatem in bussulare et
in bussula ponere quatuor
pallottas cere et in quali
bet pallotta sit descripti
quatuor homines idonei
et sufficientes ad curam et
gubernationem terre Lugani
et communitatis predicte et
una pallotta extrahatur
primo die Januarii per ma
nus domini Potestatis et
offitium ipsorum duret tribus
mensibus videlicet Januarii fe
bruarii et Martii et isto mo
do sequatur de tribus men
sibus in tribus mensibus
usque in fine illius anni De
beant etiam dicti quatuor
sic secrete lecti eligere et sic
scribi facere per manus ca
cellarii Sexdecim consilia
rios quorum offitium duret
per Annum Debeant etiam

Eligere et deputare duos ca
merarios quorum offitium
duret sex mensibus pro quo
libet ipsorum Eligat etiam un
um sindicum comunitatis
pro uno anno Eligant et
unum dominum pro festo
conficiendo in festivitate
assumptionis Duos termin
atores et Duos extimator
es Similiter pro uno Anno
faciant etiam unum facto
rem Rerum comunis qui
una cum factore preceden
te faciant offitium eorum
et sic de anno in anno re
maneat unus factor anni
precedentis Ita quod semper
sint duo factores prout
de dictis offitialibus fiet
capitulum distinctum in
presenti Volumine

DE Juramento domino rum quatuor ante posi torum comunis Lugani

Rx 39

Quatuor Antepositi co
munis Lugani tene
antur et debeant primo
die quo fuerint extracti de
bussulo Juret et Jurare debeat
in manibus domini potest
atis ad sancta dei Evan
gelia scripturis corporaliter
manu tactis Terram Lu

gnani et populum ipsius re
ger et gubernar ad ueram
fidem et deuotionem Sanc
te romane ecclesie et sumi
pontificis et in libertate h
ne alio medio et regere et
gubernare et manutener
terram Lugnani in uera
pace et unione hominu
et personarum dicte terr
et durante tempor eorum
offitij facer et procurare
utilia dicte comunitatis
et in utilia preter micter
et bona Jurisditiones et iu
ra dicte Comunitatis de
fendere manutenere et
gubernare et occupata si
ue occupanda ab aliquo re
cuperare et repetere defe
ndere et desbrigare totis
eorum uiribus et non p
mictere aliquo modo q
quis occupet teneat uel
recipiat aliquam rem sp
ectantem dicte comuni
tati pecunias introitus
uel aliquam rem stabile
seu mobilem ac etiam no
facere expensas dannosas
et inutiles dicte comuni
tati sed euitare omnes
expensas superfluas et
generaliter curare q dic
ta comunitas in tempo
re eorum offitij non in
currat in aliquod dannu
soluendo et satisfaciendo
camere apostolice et dom
ino thesaurario debitis te
poribus summas et pecuni
as subsidiorum et Salis
et omnia alia facere et cu
rare que sunt proficua et
bona Pro dicta comuni
tate

Quomodo sit exigenda subsidia salis et soluenda thesario Patrimonij

R 40

VT comunitas terre
Lugnani possit et ua
leat de subsidijs de sale
debitis temporibus satisfa
cere camere apostolice
Statuimus et ordinamus
q quatuor ante positi qui i
trant ad offitium eorum
de mense Januarij et feb
ruarij curent et procuret
ita et taliter q sal habit
um a camera uel haben
dum sit integre solutum
et satisfactum dno the
saurario pro tempore eor
quatuor uero qui erunt
de mense aprilis Maij et
Junij teneantur et debeat
de introitibus comunitatis
siue imponat tertiariam
subditorum more solito et
consueto Uz q quarta pars

dicte tertiarie imponat ur focularib; quarta cap itibus hominum alia qu- arta per allibratum po sessionum et reliqua qua rta pars bestijs grossis et minutis existentib; et pascuantib; in territo rio Lugnani Quatuor An teposititi qui erunt deme se Julij augusti et septe mbris imponat et impon ere debeant tertiariam que debet solui demense augusti et ita et taliter facere et curare q dicta te rtiaria sit integre soluta Domino thesaurario per totum mensem Augusti Et alij quatuor Antepositi qui steterit in offitio demense obtobris Noue bris et decembris impo nant et imponere debeat ultimam tertiariam subsidiorū ut supradic tum est si non habuerit pecunias de alijs intro tibus Comunitatis et sic omnes quatuor Antepositi existentes in offitio sint sollicititi et faciant exige re dictas datias ita i taliter q dn̄o thesaura rio soluatur debitis tem poribus omne id et totum q dicta cōmunitas tene retur Et si dicti quatuo in predictis tardi et ne gligentes fuerit Et com unitas uel singularis persona de dicta terra aliquod damnum patie tur propter eorum negli gentiam teneantur dic ti quatuor dictum cōm une et singulares perso nas conseruare indemp nem expensibus eorum

Q Domini quatuor fi nientes offitium possi nt expendere de comu nis pecunijs in cenam faciendam quatuor no uis quatraginta solidos

R 41

Possint etiam quatu or Antepositi finito tempore eorum offitij facere et ordinare unam cenam eorum subcessori bus in qua expendatur solidos quatraginta per manus camerarij com unis in qua congregatioe dicti quatuor exeuntes de eorum offitio informati onem dent eorum subce ssoribus de omnibus et singulis rebus comunita tis factis Et fiendis

Q(uod) Domini quatuor una cum potestate teneantur reuidere Muros Comunis

R(ubrica) 42

Etiam quatuor Ante
Poſiti qui pro temp
ore erunt teneantur et de
beant una cum potesta
te ire ad Reuidendum
muros Guardarolas et sci
aquaria existentia in mu
ris comunis Et ubi inue
nerint distructum et mi
nantem ruinam dura
Firmiter statuimus et ordinamus q. Potestas et eius uicarius teneantur et debeant Exigere in ciuilibus causis Salariu pro comunitate Lugnani s. denarios sex pro qualibet libra denariorum quantacumq fuerit quantitas denariorum uel extimationis rei petite in iudicio quod salarium exigatur ab actore accusata contumacia rei Si uero comparuerit reus et confessus fuerit debitu Exigatur a reo cum refectione expensarum factaru per actorem Si uero reus comparuerit et Negauerit debitum et facta contestatione litis soluatu comuniter inter Partes pro equali portione Et potestas uel eius uicarius teneatur et debeat in ciuilibus actis Scribere et annotare Salaria soluta uel soluenda camerario comunis uel posita in ciplo comunis Et si in predictis fuerint negligentes teneantur et debeant in eorum sindicatu soluere et reficere Comunitati predicte omnia salaria non soluta in ciuilibus causis

Q. Potestas uel eius uicarius teneantur testes coram eis producti facere comparere XI

Item ſtatuimus et or
namus q potestas
uel eius uicarius tenea
tur et debeant testes co
ram eis productos facere
comparere coram eis uel
coram arbitro uel arbitra
tore ut deponant testimo
nium ueritatis et illos te
ſtes constringere remedijs
iuris opportunis et eos
detinere donec fuerint
diligenter Examinati
ad deponendum testi
monium Veritatis

Q Poteſtas uel eius uicarius teneantur arbitros ad arbitrandum conſtringere R XII

Statuimus et ordi
namus q arbitros
et arbitratores Et amica
biles compositores tene
atur potestas uel eius
uicarius constringere ad
petitionem petentis ad
laudandum et arbitran
dum et diffiniendum
de litibus et questionibus
secundum formam compro
missi in eos facti prima
eis termino assignato
sex dierum quem terminum
diffiniant et promittunt

tinet Q si non fecerint tunc
potestas uel eius uicarius
teneatur et debeat ipsos con
ſtringere ad confinia platee
Et si contingerit itare stet
Expensis partium cum mod
eramine inspecta S3 perso
narum et qualitate et con
ditione Et si predicti con
cordes non fuerint ad lau
dandum Si erunt duo uel
plures q potestas uel eius
uicarius teneatur ipsos con
ſtringere ut una cum eis
Eligant tertium ut sint
dispares adiectis confini
bus se absentare non possit
donec fuerit latum laud
um per ipsos super quibus
in eos extiterit comprom
issum Et si aliquis ipsorum
se absentauerit sine licen
tia Potestatis uel Eius ui
carij et partium in quinque
solidis uice qualibet puni
atur Et facto laudo per eos
tunc potestas uel eius uica
rius teneatur et debeat
dictum laudum Executioni
mandare infra decem dies
ad petitionem partis petentis
Contra faciens potestas uel
Eius uicarius in uiginti quinque
libris puniatur Qui arbitri
debeant laudare secundum
Volumtatem illius tertij

per ipos electi Et laudum latum per unum ipor arbitrorum cum uno tertio valeat et teneat ipo Jure No obstante q plures Arbitri fuerit electi

De Pretio Scripturarum factarum per Curiam terre Lugnani R. XIII

PResenti Statuto - Statuimus et ordinamus q Potestas dicte terre uel eius vicarius pro scripturis causarum ciuilium Exigere salaria et mercedes debeat isto modo vz Et primo pro petitione scripture prime cum Relatione castaldi recipiat tantum usq ad quatraginta Solid duodecim denarios Ab inde supra quantumcumq fuerit Quantitas duos solidos pro termino in confessis usq ad quatraginta solidos duodecim denarios Ab inde supra duos solidos pro qualibet interlocutoria in contumacia commissione inuestimenti cum relatione castaldi de ipo inuestimento facto duos solidos Pro tribus subastationibus denarios XVIII pro extimatione tenute cum iuramento Extimatorum duos solidos pro datione insolute Quatuor solidos Pro registratione exceptionum articulorum et aliarum scripturarum priuatarum coram eis productar pro qualibet carta quatuor solidos et carta siue folium esse debeat quinquaginta linearum et si plus uel minus esset soluatur eis pro rata Pro productione et registratione cuiuslibet publici instrumenti si producens uoluerit ipm registrari sex solidos pro productione tantum XVIII denarios Sine registratione pro sententia diffinitiua usq ad decem libr quatuor solidos Abinde supra usq ad uiginti quinque libr quinq solidos Abinde supra usq ad quinquaginta libr sex solidos Ab inde supra quantumcumq fuerit quantitas decem solidos pro qualibet alia scriptura de qua in presenti capitulo mentio facta non esset duodecim denarios Pro Secundis scripturis siue copia quarundam Scripturarum Recipiat Potestas uel eius uicarius pro qualibet Carta

Precium scripturar

siue folio carti ut supra
dictum eſt. de primis scri
pturis. Et predicta intelli
gantur in ciuilib; causis
tam. In causis uero crimi
nalib; Et in damnis datis
soluatur de similib; ad si
milia secundum formã
superius adnotatam id est
in copijs tantum niſi cum
eſſet mixta ciuilib; et cri
minalib; & tunc soluatur
sicut in ciuilibus dictum eſt
Et Poteſtas uel eius uicariuſ
teneatur dare cuilibet peten
ti copiam omnium Scriptu
rarum quas petierit ea die
uel sequenti qua ipsa copia
fuerit petita. Alioquin si da
ta non fuerit ob defectum
et negligentiam poteſtatis
uel sui uicarij infra termi
num predictum tali peten
ti in cauſa terminus nõ cur
rat. Dum tamẽ ipe scriptu
re fuerint tum habiles et bre
ues quod in eodem termino dari
ei copiam poſsint.

& Mulier dotata a Pa
tre uel a matre non
Poſsit redire ad bona pa
tronatus uel matronatus

R. XXIIII

Hac presenti Lege ſta
tuimus et Ordinamus

q Mulier que fuerit dotata
a Patre uel matre publico in
ſtrumento uel teſtamento ut
fuerit dotata a Fratre uel so
rore auo uel auia uel alia legi
tima persona non poſsit re
dire ad partem patronatus
uel matronatus nec quicquam
petere poſsit sed sit et eſſe
debeat contempta de ipsa dote
Dummodo dos sit idonea secun
dum facultatem perſonarum
et ſubſtantie qualitatem. Iu
dicio duorum proximiorum
Et teneatur et debeat ipsa mu
lier de ipsa dote soluta uel de
patronatu uel matronatu
facere finem refutationem
generalem ad senſum sapien
tis illius persone cui inter
eſt uel interesset petere refu
tationem predictam excep
tione aliqua non obſtante
Et si dicta mulier contemp
serit predicta facere poſtquam
fuerit requisita in quinqua
ginta libris puniatur. Et
Nihilhominus ipsam refu
tationem facere teneatur et
tamen isto casu pro facta ha
beatur saluo semper in
omnibus contentis in pre
senti capitulo teſtamento
uel alia ultima uoluntate
seu dispositione morienti
2 Saluo etiam quod ... ex dicto

Patre uel matre non superuix
erit filius legitimus et na
turalis uel nepos legitimus
et naturalis descedens ex
linea paterna uel matern̄
q̄ tunc ip̄a mulier posſit
legitime subcedere et red
ire ad sui patronatum uel
matronatum non obstant
dote predicta. Et quia ple
rumque contingit pp̄ homi
num crescentes malitias et
nouitates terrarum et ali
quando pp̄ obitum Notari
orum et alias causas legi
timas que quotidie eueniu̅
posſu̅t q̄ ip̄a testamenta seu
instrumenta dotalia com
iectuntur et alit̄r suffocari
seu celari posſunt Ordi
namus q̄ si qua mulier
uel alij qui inter eſſe habe
ret legitime doceret se fui
ſſe et eſſe dotatam tunc
et eo casu non obstante
q̄ non appareant publica
instrumenta habeatur
pro dotata congrue et
suffitienter Secundum
facultatem p̄rimonij facu
ltatem persone et consue
tudinem dicte terre et
pro dotata ex testamento
uel instrumento legitime
habeatur tam ad effectū
petendi dictā dotem q̄ā
ad effectum ut ip̄a pro Suc
cesſione excludatur ut s̄
et q̄ ip̄a mulier non sit do
tata testamento uel publ
ico instrumento nulla ex
ceptio opponatur Et si op
posita fuerit per potestatem
uel eius uicarium reiciatū
et pro nō opposita habeatur
Et potestas uel eius uicarius
contra faciens in centum
libris puniatur Et admis
sio non teneatur ip̄o Jure
Et potestas uel eius uica
rius teneatur facere fieri
publicum instrumentum
per illam personā que dotē
habuit soluenti dotem pre
dictam siue cui de Jure de
beret ad dictam penam Ac
Etiam uolumus q̄ quelibet
persona cuius interest ut
interit posſit petere do
tem predictā uel res para
frenales cursu temporis
aliquo non obstante

Qd Forenses volentes
petere alicui de Lugnão
aliquod teneātur pres
tare fide Jusſores de Stā
do iuri alias non Audiātl

BXV

Vt ius suum unicuiq̄
tribuatur et calumnijs
litigantium occurratur et

nullus de lugnano decipia
tur ab aliquo forensi Stat
uimus et Ordinamus q si
quis forensis uoluerit age
re uel aliquid petere alicui
de Lugnano ne Judicium
Euanescat et frustatoriū
sit Teneatur et debeat dar
et prestare idoneos fideiu
sores de stando Juri Judici
sisti et Judicatum soluēdo
Nisi ille Jurauerit nō pos
se dare fide Jusores in dic
ta terra et isto casu debeat
portare a comūnitate sua in
strumentum fideiusionis
predicte al's non audiatur
nec admictatur in sua pe
titione per Potestatem uel
eius uicarium Et omnis
petitio per Eum facta
uel Facienda sit nulla et
nullius Valoris uel effic
acie Declarantes et Statuen
tes q si quis voluerit Co
Venire aliquem forensē
uel contra eius bona agere
et quoquo modo aliquid pe
tere faciat illum talem fo
rensem Si tamē sit de lo
co propinquo dicte terre pe
decem miliaria inclusiue
al's contra ipum non possit
procedi ullo modo Citari
per castaldum comunis in
scalis palatij comunis pr
dicti alta et intelligibili
Voce q dictus forensis in
termino prefigendo per cu
riam ex arbitrio secundū
distantiam loci et persone
qualitatem proxime futur
comparere debeat corampo
testate responsurus de Jur
actori Et si in dicta cita
tione et termino nō com
paruerit ipe uel alter pro
eo habens legitimum mā
datum accusata contumac
ia per actorem Potestas te
neatur Et debeat pronum
tiare talem foremsem con
tumacē Et conuictum Et
actorem fore et ēē inuesti
endum in bonis et rebus di
cti forensis Si bona Exta
rent sin aūt non Extarēt
Executionem personalem
contra talem forensē com
mictere pro quantitate pe
tita et pro expensis legiti
me factis si tamen comp
areat de Judicio Sisti et iu
dicatum soluendo ī men
sem et Jdonee caueat exe
cutio comissa retractetur
refectis expensis deinde
secundum formā Juris pr
cedatur

Quomodo procedatur con
tra Lugnanen̄ ad istan̄ foresiū · XV


Quomo sit agen[illegible] forensē [illegible] habitant in Lugnano.

De sequestris faciendis forense

Statuimus etiam et ordinamus q si quis de terra Lugnani uel abitator eiusdem deberet habere aliquam quantitatem pecuniarum uel aliquam rem quacumque occasione ab aliquo forense Et ille talis forensis sic debitor habere uel teneret aliquam rem suam mobilem in terra Lugnani uel eius territorio Potestas uel eius uicarius teneatur et debeat ad petitionem talis creditoris de Lugnano Constito prius sibi sumarie de debito sequestrari et in sequestrum ponere penes aliquem tertium illam rem seu animal dicti forensis debitoris Et hoc facto ad istantiam dicti creditoris de Lugnano dictus potestas teneatur suis licteris per proprium numptium expensis dicti creditoris de Lugnano notificare Et monere dictum forensem debitorem q infra terminum dece dierum comparreat coram ipso potestate et satisfaciendum creditori suo uel ad respondendum de iure Et si ipse potestas comparente citato ut supra reperit talem forensem de Iure non esse debitorem debeat talem sequestrum liberare et dictum hominem de Lugnano in dannis expensis et interesse condenare Sed si dictus forensis In dicto termino non comparuerit habita fide de presentatione licterarum per numptium accusata contumacia Per Actorem Potestas uel Eius uicarius teneatur et debeat talem creditorem de lugnano inuestire et in tenutam ponere de rebus dicti forensis pro primo decreto et deinde sequatur per ordinem secundum formam statuti sequentis de tenutis datis per curiam

De Appellationibus fiendis. RXXVII

Statuimus et ordinamus q Vnusquisque possit agrauaminibus appellare et recursum petere secundum q Iura uolunt tam ciuilibus quam criminalibus Et si euenerit appellari ab interlocutoria pronumtia si Potestas non admictit dictam appellationem



nisi si et inquantum potestas possit processum prosequi usque ad sententiam diffinitiuam. Et unusquisque possit appellare a Sententia diffinitiua in termino decem dierum post latam sententiam Et post dictam appellationem dictus appellans teneatur et debeat Inhibere in termino unius mensis si fuerit appellatum ad Reuerendissimum Legatum uel gubernatorem prouincie Sed si fuerit appellatum ad papam uel ad curiam maiorem teneantur dicti appellantes eorum post talem appellationem inhibitoriam producere in termino duorum mensium a die Interposite appellationis conputando Et dictis appellationibus pendentibus Potestas uel eius uicarius possit nec debeat aliquo modo grauare molestare Nec aliquam Executionem facere contra predictos appellantes uel eorum Bona ad penam et sub pena Vigintiquinque librarum pro qualibet ipsorum et qualibet uice quam appellationem debeat appellans prosequi in tempora a constitutionibus prefixa si ad Legatum appellatum uel secundum iura comunia si ad papam et ad curiam appellat declarantes etiam quod nullus possit appellare ab executione elapso termino decem dierum nec etiam possit appellare ab executione facienda de rebus in Iudicio confessis et in rebus de quibus patet publicum instrumentum nec etiam in contumacibus ueris et Legitimis Non audiantur nec admictantur appellationes alique Statuentes etiam quod si quis appellauerit de re non excedente suma centum sollidorum et suam appellationem in termino debito non prosequtus fuerit incidat in penam quinque librarum denariorum Si uero de re exscedente summam centum sollidorum et similia Non prosecutus fuerit suam appellationem puniatur pena decem Librarum.

Quod Potestas uel eius uicarius teneatur debitoribus confessis dare terminum Quinque dierum XVI

Potestas

Poteſtas et ſuus vica
rius in ueris et legi
timis confexis et plene
probatis in Judicio tene
antur et debeant dare et
conſignare terminum ad
Soluendum Quinq; dierum
siquidem quantitas non
excedit Summam Centum
sollidorum. Et abinde sup
quantacumq; fuerit quan
titas detur terminus de
cem dierum ad soluendum
Quibus terminis elapsis
Poteſtas et ſuus uicarius
teneantur et debeant ad
petitionem creditoris Exe
cutionem facere Realem
et perſonalem contra debi
tores ad electionem creditoris

Quod non habens bona mobi
lia teneantur Creditor
es accipere de bonis in
mobilibus RXXVIIII

Ut Pauperes debitorem
que iurant ad sancta
dei euangelia ad delationem
poteſtatis uel ſuus uicarii
se non habere pecunias ut
poſſint satisfacere credito
ri suo ne patiantur incor
pore et in carceribus mar
ciantur poſſint et ualeant
offerre de bonis suis et da
ta liſta uel scriptura de om
nibus suis bonis mobilibus
primo et de inmobilibus pote
ſtas non poſſit amplius eos
detinere sed debeat diſcrete
inueſtire et in tenutam po
nere creditorem in bonis
dicti debitoris secundum
menſuram debiti et deinde
sequatur secundum for
mam Statuti Loquentis
de tenutis datis per Curiam

Quod Poteſtas teneatur con
iunctos uel affines usq;
intertium gradum coge
re ad compromictendum RXXX

Cum non deceat con
iunctos et affines
simul litigare Cupientes
nos in bona pace et concor
dia conſeruare Statuimus
Et Ordinamus quod si lis que
ſtio uel controuerſia ori
retur inter conſanguineos
uel affines usq; in tertium
gradum incluſiue Poteſt
as uel eius uicarius ad
penam quinquaginta libr
teneatur et debeat ipsos li
tigantes conſanguineos
cogere de facto in palatio
comunis ad compromic
tendum dictam litem
seu queſtionem inter ipsos

uertente de Jure et de facto terminandam in unum uel duos arbitros et arbitratores et ad petitionem et requisitionem alicuius partium Siue ad requisitionem alicuius consaguinei ipsorum Et si aliquis dictorum litigantium aut litigare uolentium contempserit Predicta facere seu neglexerit mandatum potestatis puniatur de facto in decem libris et nihil hominus ipsam causam siue questionem compromictere teneatur modo predicto et aconstracta Iudex recedere non possit nisi primo dicta questio fuerit compromissa ad dictam penam Et dicti arbitri arbitratores Sic electi et deputati Teneantur et debeant facto compromisso dare et assignare partibus litigantibus terminum decem dierum ad producendum et adallegandum ad probandum et ad probatum habendum de omnibus eorum iuribus Et elapso dicto termino debeant Requirere dicte Partes litigantes si uolunt consilium sapientis in dictis eorum differentijs declarandis quod deponant et deponere debeant communiter Salarium consultoris et habito dicto consilio debeant diffinire dictam sententiam secundum dictum consilium si uero dicta differentia fuerit eis compromissa de facto cum plena auctoritate pro communi concordia partium Vni parti tollendi et alteri dandi prout eis Arbitris uidebitur et placebit teneantur et debeant dicti Arbitri laudare et Sententiare in termino Vnius mensis adie facti compromissi computando Et si dicti Arbitri non essent concordes ad laudandum per potestatem Exequatur prout in capitulo de modo constringendi arbitros Continetur

Quod Nemo Possit aliquid petere a fideiussoribus quando inuenirentur de Bonis Principalis XXI

Volumus et Ordina

mus q nulla persona pos
sit agere nec aliquid peter
A fideiussoribus quando in
ueniretur de bonis princi
palis et si contra factum
fuerit non ualeat ipo Jure
preterea in fideiussoribus
comunitatis q potestas ad
istantiam et requisitione
comunitatis debeat eos co
stringere et contra eos exe
cutionem facere tamq principales

Q Sacramentum datum ad partitum Non possit r probari nec ipsum ad Rep bandum dare R XXXII

ITEM statuimus et Ordinamus q si qui
de lugnano petierit aliquid
ab aliquo in iudicio coram
potestate uel eius Vicario
uoluerit dare ad partitum
uel si uoluerit Jurare debi
tum uel Jus Jurandum cre
ditori referre q Potestas te
neatur ad istantiam credi
toris uel petentis ipo uole
te dare ad partitum prestt
dare dictum Juramentum
parti accipere uolenti quod
iuramentum sit decisum
ita q lis et questio de qua
fecerint Juramentum statim
decidatur et decisa sit quod
Juramentum uerum an fal
sum sit amplius queri non
possit et curia dictum Ju
ramentum reprobandum
dari non ualeat uel dari in
ter partes non Patiatur

Q Salaria Exigenda in ciuilibus debeant poni in cippo comunis R XXXIII

STatuimus Et Ordina
mus q in quibuscumq
Causis ciuilibus in curia no
stri Potestatis uertentibus
uel de re mobili uel inmob
ili solui debeat salarium
in cippo comunis pro ipo co
muni ad rationem sex den
ariorum pro libra Sz mo
dum et ordinem annotatu
in presenti Volumine sub rubri
ca de salariis Exigendis in
ciuilibus et donec solutum
salarium predictum Potest
as uel eius uicarius in dicta
causa ulterius procedere non
possit ad penam Viginti qq
librarum per dictam cam
de suo salario retinendarum
Nihil hominus que gesta
fuerit in causa predicta ad
petitionem partium uel alte
rius ipsarum per preceptum
uel per pronumptiam siue
per sententiam aut per aliud

modum non ualeant nec
teneant ĩpo iure et omnis
quantitas que solui debetũ
pro causis predictis et tem-
pore sindicatus potestatis
solute non fuerint ex con
putetur sibi de suo Salario

De Pena Blasfemantis deum - - - Rca I

De modo Procedendi in malefitijs - - - Rca II

De citationibus faciendis - - - - Rca III

Qualiter Potestas possit procedere in malefitiis ex suo mero offitio - - Rca IIII

Qualiter Potestas possit eligere custodes secretos super malefitiis - Rca V

De terminis Consignandis processatis percuriam Lugnani - Rca VI

Qualiter si quis negauerit malefitium duplicetur ei Pena - - - Rca VII

De percutientibus Studiose - - - Rca VIII

De Percutientibus baculo uel tabulacio - Rca VIIII

De pena percutientis aliquem manu vacua uel calce - Rca X

De pena Capientis aliquem per capillos uel nasum - - Rca XI

De Expintulatione Rca XII

De pena amputantis alicui nasum uel alia membra Seu offendentis oculum - Rca XIII

De Pena offendentis aliquem sine armis Rca XIIII

De pena insultantium Aliquem cum armis ut sine - - - Rca XV

De pena Sforzantis mulierem male conditionis et fame - - Rca XVI

De pena capientis uel sforzantis aliquam mulierem bone phame Rca XVII

De pena ponentis ad domum alicuius habitationis rem in Juriosam ut diffamatoriam - Rca XVIII

Qualiter Pater teneatur pro filio - - - Rca XVIIII

De uerberantibus patrem uel matrem Rca XX

De frangentibus domum alienam - - Rca XXI

De pena intrantium domum Cappannam gructam uel palombartam existentes Extra terram Lugnani contra voluntatem Patronis - Rca XXII

De pena dicentis uerbum In Juriosum uel turpe Rca XXIII

De pena furantis uel interficientis bestiam grossam - - Rca XXIIII

De pena furantis uel interficientis aliquam bestiam minutam Rca XXV

De pena furantis pullos Anseres et columbos - - - Rca XXVI

De nõ porrigendo furtũ per muros communis Lugnani — — — Rx^ca XXVII
De pena furantis tebulas uel canalia — Rx^ca XXVIII
De pena auferentis uel accipientis aratrum scalam et his similia Rx^ca XXVIIII
De Pena furantis res et bona aliena de quibus mentio facta non ẽẽt ĩ presenti Statuto . Rx^ca XXX
De falso teste Rx^ca 31
Q Liceat unicuiq se defendere cum moderamine in Culpate tutele — — Rx^ca 32
De accipientibus capute um uel birectum de capite alicuius Rx^ca 33
De Ementibus furtũ Rx 34
De sup apprehensis factis conuicino suo Rx^ca 35
De Ementibus iu' contra cõe Lugnani — Rx 36
De non associando forensẽ offendentem aliquem Lugnanensem Rx^ca 37
De pena uenientis in caualcatam uel curraria in territorium terre Lugnani Contra bona et homines dicte terre sine Expressa Licentia superioris — — Rx^ca 3X
De Non Receptando exbannitos Rx^ca 39
Q nemo submittat se alicui Nobili de contrata Rx^ca 40
Q Potestas possit proce contra omnes habita publica uoce et phama per tres testes — Rx^ca 41
De pena accipientis lapidem de quocumque Loco — — Rx 42
De pena accipientis cupellum ubi essent apes — — — Rx^ca 43
De pena facientis malia ut incantationes prohibitas — — Rx^ca 44
De pena Conburantis fractam comunis et fractam monticelli sancti francisci — — Rx^ca 45
De turbatione Et molestatiõe tenute Rx^ca 46
Q Nullus nobilis possit habitare in Terra Lugnani — — Rx^ca 47
De pena arrengantis q ali qua res communis alienetur uel concedatur alicui uel alterius spetialis persone De pena alienantis contra formam presẽtis Statuti Rx^ca 48
De non quastando uiam alicui suo cõuicino Rx^ca 49

Q Potestas teneatur expeller exbanditos — Rx ca 50
Q Nullus de Lugnano possit uendere uel donare aliquam possessionem ut siluam uel domum alicui Nobili Rx ca 51
Q Nullus de familia furetur Patri uel domino siue patrono domus Etc pena Receptantis Rx ca 52
De pena ponentis ignem in aliquo Loco Ex quo ecclesia sancte marie Ramicis damnificaret Rx ca 53
De pena infamantis aliquem insontem de aliquibus conprehensis in presenti capitulo Rx ca 54 Di fr[...] mar
De terminis Amotis Rx 55
De pena turpantium figuram domini nostri ihu christi et aliorum sanctorum uel sanctarum eius Rx ca 56
De pena frangentium carceres cois Lugnani Rx 57
De pena conburrentium i monte communis Lugnani Rx 58
De modo Constringendi testes Rx ca 59
Q potestas possit procedere et condempnare de similibus ad similia Rx ca 60
Qud potestas possit procedere per Inquisitionem et condempnare Teneatur Rx ca 61
De pena dicentis uel procurantis Contra iura communis Lugnani — Rx ca 62
De offendentibus potestatem ut eius familiam Rx ca 63
De diminutione penarum et benefitijs pacis confessionis Et solutionis infra terminum Rx ca 64
Q Nemo debeat facere aliquem tractatum de terra Lugnani Rx ca 65
De pena Ingredientium terram alio quam per portam — Rx ca 66
De Pena interficientis vel vulnerantis aliquam bestiam grossam Rx ca 2[...]4
De Justificationibus pe[...] Rx ca 68

INCIPIT LIBER TERTIUS MALEFITIORꝜ

De Pena Blasfemantis deum R. I

AD REPRIMENDU
terribile Scelus om
nium illorum qui spiri
tu diabolico instigati blā
femant omnipotentem
deum Saluatorem nost
rum Eiusq; Gloriosissimā
matrem uirginem. ma
riam Et alios Sanctos
Et Sanctas celestis cu
rie Statuimus et Ordi
namus q si quis domi
num. Saluatorem nostrū
Ihum xpum uel spiritū
sanctum blasfemauit
seu maledixerit id est si
dixerit sia maladecto
Sconfiecto Renegato xpo
ouero dio ouero lo Spiri
tu Sancto aut his simi
lia puniatur pro quolibz
...na duplicata fuit uerbo et qualibz uice in ui
gintiquinq libr denariorū
Et simili pena puniatur si
quis dixerit dicta uerba
et his similia Contra glori
osam virginem mariam
Et siquis dixerit per disp
ecto de dio ouero della uer
gine maria uel aliquod uer
bum turpe uel ĩhonestum
in quindecim libr puniatur
denariorum pro quolibz uerbo
et qualibz uice Et siquis iu
rauerit per corpus uel aliquod
aliud menbrum uel per
sanguinem dei uel virgin
is marie puniatur in decē
sollidis pro quolibz uerbo
et qualibz uice Et siquis
maledixerit seu blasfem
auerit aliquem sanctorum
suorum uel sanctarum ĩ
centum sollidis uice qua
libz puniatur Et si quis
iurauerit per aliquod mē
brum dictorum sancto
rum et sanctarum uel
aliquod uerbum turpe
uel in honestum dixerit
in decem sollidis pro quo
libz uerbo et uice qualibz
puniatur de facto omnibz
his penis puniatur sine
aliqua Diminutione Siqs
uero delinquentes in pre
dictis accusauerit uel de
nuntiauerit teneatur in
credentia et delinquens
puniri possit cum legiti
ma probatione Et pote
stas uel eius Vicarius
primo mense sui Regimi
nis teneatur et debeat fa
cere et formare generalē
inquisitionem contra om
nes et singulos blasfem
antes deum Et uirginem
Mariam uel Sanctos et

Sanc tas celestis curie et
repertos culpabiles puniri
de facto sine aliqua dimi
nutione ut dic tum est Et
si Potestas predicta non
observauerit in uiginti
quinque Libris denariorum
puniatur

De modo Procedendi in malefitiis ~ ~ R. XII

Presenti Statuto decer
nimus et Ordinamus
quod in quibuscumque malefitiis
et excessibus uel quibus possit
procedi cum accusatore cu
ius intersit et quod Exhibita
accusatione iuret accusator
quod credit contenta in ea ue
ra esse et se posse probare
qua se obliget ad penam
talionis secundum form
am iuris et ipse accusator
prestet coram potestate et
sua curia idoneam cauti
onem de refundendo expe
nsas accusato si in probati
one deficeret et plene non
probauerit Et producta
accusatione uel oretenus facta
coram potestate uel eius ui
cario quam Verbotenus fi
eri Sufficiat et ea de iure
ualeat ac si in scriptis pro
ducta esset ipse potestas
uel eius uicarius ipsum ac
cusatorem faciat iurare quod
ipsam accusationem animo
calumnie non producat
nec offerat uel faciat et no
mina testium recipiat ab
eodem quem si calunnian
tem inuenerit puniat ad
penam talionis Et ad penam
talionis intelligi uolumus
quod accusator debeat puniri
eandem pena si non proba
uerit ut dictum est qua
accusatus puniri deberet Et
similem cautionem prestet
dictus accusator de proba
ndo accusationem predictam
Et que supra dicta sunt
super accusatione seruentur
etiam super denuntiatione
Et uel oretenus facta dicta
accusatione uel denunti
atione potestas uel eius
uicarius faciat accusatum
uel denuntiatum citari se
cundum formam Statu
ti de Citatione Loquentis
Et si non comparuerit in
banno cum termino trium dierum sibi assignando et — terminus trium dierum
demum elapso termino
banni condennetur Si ue
ro reus comparuerit an
bannum uel antequam habe
retur terminus banni
recipiatur Eius Excusa

tio credetur et terminus ad defensam octo dierum similiter denuntiatori uel accusatori ad probandum suam accusationem uel denuntiationem si fuerit negata in totum uel in parte Et infra dictum terminum Pars utraque debeat probare per omnem modum probandi et de cetero non audiatur Elapso termino publicentur testes si producti et examinati sunt Et detur terminus quinque dierum ad accipiendum copiam de productis et ad opponendum et probandum contra eos Elapso termino detur terminus ad allegandum Et decurso dicto termino feratur sententia condemnatoria prout Justitia suadebit Et uictus uictori semper in dicta sententia condempnetur in expensis legitimis non obstante aliquo iuramento prestito in causa predicta Insuper statuentes et ordinantes quod quibus accusatus uel denuntiatus uel etiam inquisitus tempore sue responsionis super accusatione denuntiatione uel inquisitione predictis teneatur et debeat dare idoneam cautionem uel fideiussionem de parendo mandatis potestatis et sue curie Et de soluendo omnem condemnationem de ipso faciendam de iure occasione malifitii commissi alias carceretur per dictum potestatem uel eius uicarium uel aliter constrictus detineatur usque quo dictam condemnationem Soluerit cum effectu uel prestiterit fideiussores uel Cautionem predictam

De Citationibus faciendis — R XIII

Statuimus et ordinamus quod potestas terre Lugnani uel eius uicarius teneatur et debeat habita et recepta accusatione uel denumptiatione uel formata inquisitione contra aliquam personam de quocumque malifitio uel excelsu uel delicto sequenti die talem accusatum denumptiatum uel inquisitum citari facere personaliter uel domi sue solite habitationis per castaldum comunis cum cedula continente tenorem et effectum accu

ſationis denumptiationis et inquiſitionis contra eu formatam q comparcat et comparere debeat coram ipo poteſtate uel uicario ſequenti die ad reſpondendu et ſe defendendum et excuſandum ſi Poterit ab accuſatione denumptiatione et inquiſitione contra eum formata. Et ſiquis accuſatus denumptiatus uel inquiſitus non eēt in terra Lugnani uel eius territorio tempore citationis detur terminus arbitrio Poteſtatis conſiderate loci diſtantia Et dictus caſtaldus teneatur et debeat dare et conſignare dicto accuſato uel inquiſito dictam Citationem ſi perſonaliter eum inuenerit Si uero dicta citatio fuerit facta domi ſue ſolite habitationis debeat dictam citationem dare alicui de familia uel apponere in hoſtio domus ſue Solite habitationis Et caſu quo fuerit accuſatus denumptiatus uel inquiſitus aliquis foreſis dictus caſtaldus teneatur et debeat talem citationem contra forenſem facere alta et intelligibili

Voce inſcalis ante hoſtiu palatij dicti Comunis Lugnani Et in porta terre hora Juris Et dictam citationem in his ſcriptis ponere i hoſtio palatij et in porta dicte q talis forenſis comparere debeat coram poteſtate in termino trium dierum ad reſpondendum et defendum ut ſupra Et ſi dicti omnes citati uel aliquis ipor non comparuerint elapſis dictis terminis ponantur in banno dicte terra Lugnani et eius tenimento et diſtrictu in quantitate et ſumma in qua sūt condemnandi pro eorum delictis et maleficijs ſecundum formam Statutoru dicte terre qud bannum fiat et fieri debeat per caſtaldum comunis ante hoſtium palatij hora Juris diebus feriatis tribus diuerſis diebus Et primo die feſto ſequenti in mane quando populus et homines exeunt de eccleſi in quo banno coſtituatur terminus dictis accuſatis et inquiſitis quinq dierum proxime futurorum ad comparendum et Reſpondendum ut ſup

40v

Et si non comparuerint
ipi neq alter pro eis sint
contumaces et amplius no
audiatur Et procedatur
ad sententiam diffiniti
uam

Q Potestas posit pro
cedere in malefitijs ex
suo mero offitio R/ IIII

NE maleficia Rema
neant inpunita
Statuimus et ordinam
us q Potestas uel eius ui
carius posit et debeat
procedere ex suo propri
officio contra omnes et
singulas personas contra
quas haberet seu inue
niret aliqua inditia de
aliquo malefitio uel ex
scessu commisso tam
tempore sui offitij seu
regiminis q etiam tem
pore aliorum suorum prede
cessorum ac etiam posit
prosequi et Exequi om
nes accusas denumti
as et inquisitiones et
processus inceptos et for
matos per eius precess
res dummodo de tali ma
lefitio uel delicto non
fuerit facta punitio
per alium offitialem
uel ab Solutio

+

Q Potestas posit Eligere
custodes secretos supe
malefitijs R/ V

UT Potestas facilius
posit habere notitia
de malefitijs commissis
et committendis Statui
mus et ordinamus q Po
testas teneatur et debeat
uinculo iuramenti prim
mense sui Regiminis
eligere unum bonum et
discretum hominem
qui Eligat quatuor ho
mines siue custodes se
cretos qui teneantur ui
culo Juramenti notifi
care dicto Potestati ut
eius uicario omnes qu
os Scierint delinquen
tes et maleficia comm
ictentes quomodo cont
ra formam presentis
statuti Qui quatuor
custodes secretos etiam
iurent eorum offitium
bene et Legaliter exer
cere et facere sine frau
de quorum nomina sit
secreta Et in Credentia
teneantur

De terminis Consignan
dis processatis percuri
am Lugnani R/ VI

ORdinamus et statuimus quod Potestas uel Eius uicarius debeat assignare terminum omnibus et singulis personis contra quas procederetur per accusationem denuntiationem uel inquisitionem Octo dierum ad probandum et dicendum quicquid uolunt de eorum iure et alios terminos dare prout ipse potestas uel uicarius uoluerit Et si aliter procederetur non ualeat ipso iure. Volumus etiam quod si qua persona de lugnano contra quam procederetur per accusationem denuntiationem uel inquisitionem quacumque de causa Et tali persona assignauerit intentionem suam in termino cum testibus Et oretenus Nominauerit testes coram potestate uel Eius uicario quod non currat ei terminus ad defensionem sui iuris dummodo testes fuerint in terra lugnani sed si fuerint extra terram et Eius territorium detur terminus Producenti ad faciendum comparere Secundum Loci distantiam et hoc locum habeat in Criminalibus Et dampnis datis

Quod Si quis Negauerit maleficium duplicetur Ei Pena. XCVII

STatuimus Et Ordinamus quod si quis Negauerit aliquod maleficium uel dampnum datum et post negationem sibi legitime probatum fuerit in dupla pena puniatur secundum capitula presentis Statuti Loquentia de tali malefitio uel danno dato

De PERCVTIENTIBVS STVDIOSE XCVIII

STatuimus Et Ordinamus quod si qua persona percusserit aliquam personam Studiose cum cultello spata quadrelleeto falcione Lancia uel aliis Armis aptis ad nocendum in facie ita quod cicatrix sit Euidens de quo stetur iudicio medicorum medio iuramento propterea remansura perpetuo in quinquaginta libris puniatur uice qualibet Sed si

41v

in capite cum sanguinis effusione in uigintiquinque libris puniatur Et sine sanguinis effusione in decem libris puniatur Sed si in facie cum sanguinis effusione sine cicatrice in uigintiquinque libris puniatur Et si menbrum perdiderit inutilauerit uel debilitauerit ita ut eius usus impediatur in ducentis libris puniatur Et si in facie sine sanguinis effusione in quindecim libris puniatur Si in qualibet cum sanguinis effusione in uigintiquinque libris puniatur Si sine sanguine in quindecim libris puniatur Si in facie uel in capite cum fractura clanei ultra percussionem id est ultra penam percussionis in centum libris puniatur Et si quis aliquem cum dictis armis percusserit in alia parte corporis studiose cum sanguinis effusione in decem libris uice qualibet puniatur Sine sanguinis effusione in centum soldis puniatur si cum fractura ossis ultra penam percussionis in quinquaginta libris puniatur uice qualibet Et si minores quatuordecim annis cum dictis armis nocituris aliquem studiose cum sanguinis effusione percusserit in medietate pene in qua puniri deberent si maiores essent puniantur et in eadem pena medietatem puniatur si aliquem percusserit cum dictis armis sine sanguine Minores uero XIIII annis non possint aliquem accusare de iniuria eis illata sine consensu patris uel tutoris

DE PERCVTIENTIBVS Baculo uel Tabulacio R. XVIIII

Item ordinamus quod si qua persona percusserit aliquem studiose cum troppo lapide tabulacio canale uel aliis quibuscumque lignis furca uel coriato uel aliis rebus aptis ad nocendum in gula uel in facie cum sanguinis effusione ita quod cicatrix sit euidens perpetuo remansura in quinquaginta libris puniatur uice qualibet Et si cum sanguinis effusione absque cicatrice in uigintiquinque

libris puniatur uice quali
bz Sed sine sanguinis
effusione in decem libris
puniatur Sed si in capite
cum sanguinis effusione
in decem libris punia
tur Si cum fractura cla
ney ultra penam percu
ssionis in quinquaginta
libris Puniatur sed sine
sanguinis effusione in ce
tum sollidis puniatur Et
si in alia parte corporis
cum Sanguinis effusioe
in centum solidis uice q
libet puniatur Et si cum
fractura ossis ultra pena
percussionis in quinqua
ginta libris Puniatur

De Pena percutientis aliq
uem Manu uacua uel
Calce : ~ ~ ~ R. xx

Manu Vacua in cap
ite uel in facie uel cu
calce si qua persona aliq.
uam aliam personam per
cusserit cum sanguinis ef
fusione in centum solidis
uice qualibz puniatur Et
sine sanguinis effusione
in tribus libris puniatur
Si in alia parte corporis
cum Sanguinis effusione
in tribus libris uice quali
bet Puniatur Sine sang
uinis Effusione in quatr
aginta solidis puniatur

De Pena capientis aliquem
per capillos uel nasum R. xxi

Et capillos et nasum
si quis Ceperit aliquem
in centum solidis uice qua
libet puniatur Et si momo
derit cum sanguinis effu
sione in decem libris uice
qualibet puniatur Si sine
sanguine in centum soli
dis Sed si proiecerit ipm
in terra in decem libris
puniatur Et si Extrahe
[illegible] ipm in quinque
libris puniatur Minores
uero xiiii annis non [illegible]
niantur [illegible]
puniantur [illegible]
[illegible] supra dicto ca
pitulo sub rubrica de per
cutientibus manu uacua
Et credatur de etate [illegible]
ramento patris uel ma
tris Aui uel [illegible]
te uel patrui uel auunc
uli sane tale [illegible]

De Expintulatioe R. xxii

Item Ordinamus quod
si quis spinxerit ali

quam personam malo mo
do in quatraginta solidis
uice qualibet puniatur
Et si ex dicta spentuta-
tione ceciderit interra in
centum solidis uice qua
libet puniatur Ludendo
currendo uel intremeza
ndo non puniatur



De Pena Amputantis ali cui Nasum uel Alia menbra seu Offendentis Oculum — R. XXIII

SI QVIS AMPVTAVERIT alicui nasum ut
Oculum offenderit Studi
ose in ducentis libris den
ariorum puniatur Si uero
debilitauerit et non am
putauerit uel effoderit in
centum libris denariorum
puniatur Si uero amput
auerit alicui aliquod mẽ
brum principale in ducẽ
tis libris puniatur Si ue
ro digitum amputauerit
incentum libris puniatũ
Si uero debilitauerit et
non amputauerit med
ia pena puniatur si ue
ro detẽ cadere fecerit ultra
penam percussionis pu
niatur in decem Libris
pro qualibet dente

De Pena offendentis aliquem Sine Armis — R. XXIIII

Statuimus Et Ordina
mus quod si quis deca
pillauerit aliquam perso
nam uel fecerit sibi iniu
riose cadere aut dilania
uerit caputeum biretum
infulam uel capellum de
capite aut mulieri uelec
tum in centum solidis ui
ce qualibet puniatur si
uero in iuriose aliquem
ceperit per pannos ad pe
ctus uel pannos dilania
uerit de dorso incentum
solidis puniatur Si uero
in iuriose alicui miserit
manum ad gulam uel barã
bam depilauerit uel pilos
de barba Extraxerit in de
cem libris puniatur Et si
quis in faciem alicuius Ex
puerit uel aliam turpitu
dinem in iuriose uel stud
iose proiecerit in decem li
bris puniatur

De Pena Insultantium aliquem Cum armis uel sine — R. XXV

Contra aliquem manu
Armata si quis insultũ
fecerit mouendo se de loco ad
Locum per tres Passus uel

Nota de turpitudine in facie

vltra in centum solidis in ce qualibet puniatur sed sine armis in quatraginta solidis Et si insultus factus fuerit contra aliquem ad domum propriam uel conductam uel ad possessionem propriam uel conductam dicte pene duplicetur Et si quis aliquem percusserit cum sanguinis effusione et insultum fecerit Volumus quod de percussione tamen puniatur et non de insultu -

De Pena Sforzantis mulierem Male conditionis et phame ~ ~ R XXVI

Mulierem male conditionis Et phame si quis ceperit uel eam carnaliter contra eius uoluntatem cognouerit in decem libris denariorum puniatur Et si quis ipsam mulierem consentientem carnaliter cognouerit et ipsa mulier dixerit fecisse de sua uoluntate uir et mulier talis in libris quinque puniatur pro quolibet ipsorum Et de eius fama possit probari per quosque testes et habeatur pro plena et legitima probatione

Et si qua dictarum mulierum male fame dixerit alicui mulieri Bone fame et conditionis aliquod uerbum turpe uel iniuriosum in uiginti solidis uice qualibet puniatur ultra penam sibi inposita per capitulum presentis Statuti positi sub rubrica de uerbis iniuriosis et credatur sacramento mulieris bone conditionis et fame volumus etiam quod talis mulier male fame non possit accusare aliquam mulierem bone fame de aliquo delicto Et si accusaret non ualeat ipso iure

De Pena Capientis uel Sforzantis aliquam mulierem bone phame ~ R XXVII

Ad obuiandum scandala que quotidie euenire possunt Statuimus et firmiter Ordinamus quod si quis temerarie per pannos uel in persona ceperit aliquam mulierem bone conditionis et fame uel per uim eam carnaliter cognouerit in ducentis libris denariorum puniatur uice Qualibet

De Pena ponentis ad domum alicuius habitationi rem in Juriosam uel diffamatoriam ~ ~ R. XXVIII

Si quis Studiose posu
erit ad domum siue
Ante domum alicuius ha
bitationis cornua bestiar(um)
Stercora fetida uel aliquid
aliud turpe aut scripturã
siue cedulam continentem
aliquid diffamatoriam uel
obprobriosum domino uel
habitatori domus in decẽ
libris denariorum uiceq(ua)
libet puniatur Et si de die
in centum Solidis vice q(ua)
libet Puniatur

Q(uod) Pater teneatur pro filio ~ ~ ~ R. XXVIIII

Si Pater et filius stete
rint ad unam inpẽ
sam uel coniunxerit uo
lumus q(uod) pater pro filio
puniatur in penis pecunia
riis usq(ue) ad partem sibi tã
gentem de hereditate pa
tris uel matris et ultra
grauari non possit Et si nõ
coniunxerit non teneatur
ut supra Et pater teneat
ur soluere debitum filii
si factum fuit in utilitate domus

De uerberantibus Patrẽ uel Matrem ~ R. XXX

Cupientes ingratos et
presumtuosos filios et
filias refrenare ne aliquid
in Jurie contra eorum pa
rentes inferre audeant
hac presenti Lege Statui
mus et Ordinamus q(uod) si
filius uel filia uerbera
uerit parentes eorum uel
contra Eos aliquod uer
bum in iuriosum dixerit
uel aliquam aliam in Jur
iam contra eos intulerit
puniatur pena dupli qua
puniri deberet de malefi
tiis per ipsos uel alterum
ipsorum comissis in perso
nas aliorum Lugnanen
sium secundum capitula
presentis statuti de talib(us)
malefitiis Loquentia Et
si dictam penam non sol
uerint infra decem dies
a die Late Sententie com
putando fustigentur per
terram Lugnani publice
Et si Potestas uel suus
uicarius fuerit negligẽs
in faciendo ip(su)m fustigari
puniatur quilibet ipsorum
in centum libris denario
rum

De frangentibus domum Alienam et ingredientibus illam sine licentia domini R XXXI

Statuimus et ordinamus q si qua persona fregerit domum alicuius vz contra uoluntatez ueri domini et patroni uel habitatoris uel quoquo modo intrauerit in quinque libris denariorum puniatur Si autem inde aliquid extulerit uel Extraxerit ualoris solidorum decem ab inde infra puniatur in libris quinque denariorum ad decem solidis supra usque ad uiginti quinque librarum puniatur in libris decem A uiginti quinque librarum supra usque ad centum in quatraginta libris puniatur A centum libris supra quantumcumque fuerit quantitas in centum libris denariorum puniatur Et restituat bona ablata uero domino et patroni quas penas quilibet delinquens teneatur et debeat soluere et satisffacere camerario comunis Lugnani in termino decem dierum post latam sententiam incorpore Et potestas uel eius uicarius teneatur et debeant talem condemnatum fustigari facere per totam terram Lugnani publice et per uias publicas et hoc facto debeat ipsum fustigatum signare in fronte ferro ignito ad formam medie lune Et si predicta potestas uel eius uicarius non fecerit uel ad inpleuerit in quinquaginta libris denariorum puniatur

De pena intrantium domum cappannam gruttam vel palombariam Existentes extra terram Lugnani Contra voluntatem patroni R XXXII

Item Statuimus et Ordinamus q si qua Persona intrauerit Sine Licentia domini et Patroni domum cappannam gructam seu columbariam alterius Existentes extra terram Lugnani puniatur pena uiginti solidorum qualibet uice Et si inde aliquid substulerit ualoris uiginti Solidorum Et ab inde supra puniatur in uiginti libris Et a uiginti Solidis

infra puniatur in decem
libris et emendet dampnu(m)
d(omi)no rei

De Pena dicentis uerbu(m)
iniuriosum uel turpe R(ubrica) LXXXIII

Statuimus et ordinam(us)
q(uod) si aliqua p(er)sona dix(er)it alicui aliquod uerbum
iniuriosum uel turpe in q(ui)n(que)
solidis puniatur pro quo
libet uerbo sed si dixerit
alicui cornuto puttana ru
ffiano uel ruffiana tradito
re ne menti per la gola et
his similia in octuaginta
solidis pro quolibet uerbo
et qualibet uice si blasfe
mauerit aliquem dicendo
et optando lupam carbon
cellum cancrum et his si
milia in quindecim soli
dis puniatur et si quis re
improperauerit alicui mor
tem alicuius eius consaqui
nei in octo libris puniatu(r)
Et intelligatur tam in per
sona percussa q(uam) p(er)cuti
ente d(i)c(t)a improperatio
Minores uero duodecim a(n)
nis ad penam aliquam
de predictis non tenean
tur Volumus etiam q(uod)
potestas et eius uicarius
non possit aliquem de p(re)
dictis uerbis iniuriosis
nisi fuerit facta accusa
uel querela condemnare
per personam lesam uel
iniuriatam

De Pena furantis uel in
terficientis aliquam best
iam grossam R(ubrica) LXXX

Ordinamus q(uod) si q(ui)s
furatus fuerit uel
furari fecerit aliquam be
stiam grossam s(cilicet) equum u(e)l
equam asinum uel asina(m)
bouem uel uaccam pul
lum uel pullam uitulum
uel uitulam in quatragin
ta libris denariorum pu
niatur pro qualibet bestia
et qualibet uice sed si q(ui)s
interfecerit aliquam dic
tarum bestiarum in quin
decim libris denariorum
puniatur Et emendet da(m)
num patienti secundu(m)
extimationem extimato
rum comunis Et si dicta(m)
penam non soluerit infra
decem dies a die late se
tentie computando am
putetur ei manus Et si
dictam bestiam non in
terfecerit studiose non
puniatur sed emendet
dannum ut supradictu(m)

est Et si aliquis uulnera
uerit aliquam dictarum
bestiarum ita q̄ efficeret
inutilis in quindecim libr
is puniatur Et si non fecer
it studiose non Puniatur
sed Emendet dannum ut
supra dictum est

De pena furantis uel intē
ficientis aliquam bestiā
minutam — — R. XXXV

Ouem Capram porcum
si quis furatus fuerit
in sexto libris denariorum
puniatur Agnum Edum ut
suillam siquis furto accep
erit in quatuor libris dena
riorum puniatur pro quali
bet dictarum bestiarum
et qualibet uice Et si ali
quam dictarum bestiarū
interfecerit in quinq̄ libri
denariorum Puniatur Et si
non studiose interfecerit
non puniatur Sed emen
det dannum in omni casu
ad extimationem Extim
atorum comūnis

De pena furantis Pullos
anseres et columbos R. XXXVI

Item Ordinamus q̄
siquis abstulerit uel
quocumq̄ furto acceperit
pullum anserem uel colū
bum domesticum alienū
in tribus libris denarior
um puniatur pro quolibet
et qualibet uice Et si intē
fecerit uel Balestrauerit i
columbaria aliena in de
cem sollidis uice qualibet
puniatur et Emendet dan
num sacramento patien
tis Et siquis aliq̄d dictor
animalium acceptorum uel
mortuorum in domo sua
receptauerit uel receperit
in eadem pena puniatur

De non porrigendo furtū
per muros communis Lu
gnani — — R. XXXVII

Per muros communis
terre Lugnani siquis
aliquid proiecerit uel porr
exerit q̄ furatum fuerit i
XVI libris denariorum ui
ce qualibet puniatur Et
siquis porrexerit res suas
per dictos muros non pu
niatur Et credatur eius
sacramento

De pena furantis tebu
las uel canalia R. XXXVIII

Tebulam seu canalem

alienum si qua persona
abſtulerit de domo tebula
rij uel de quocumque alio lo
co in uiginti ſolidis pro qua
libet puniatur Et emendet
damnum sacramento patie
ntis

De Pena Auferentis uel Accipientis Aratrum Scalam Et his Similia — R. 29

ARatrum Jugum car
rum uel scalam et his
similia Siquis Abſtulerit
uel quoquomodo sine licen
tia ueri domini et patro
ni de aliquo Loco acceper
it Et exportauerit in quin
quaginta ſollidis pro qua
libet uice puniatur et
Emendet dannum et in
tereſſe Patienti et creda
tur Eius sacramento



De pena ffurantis res et bona aliena de quibus mentio facta non eſſet in preſenti ſtatuto — R. 30

QVIA impoſſibile uel
difficile eſt omnia
et singula spetialiter de
clarare et expecificare
hoc preſenti ſtatuto Or
dinamus quod si quis Intus
uel Extra terram Lugnani
abſtulerit ſeu furto subtra
xerit rem uel bona quecum
que alicuius ualoris .XX. sol
idorum et ab inde infra
in duabus libris denariorum
pro Qualibet uice Punia
tur Si A uiginti solidis
supra usque in libris decem
pena quinque librarum pu
niatur denariorum Et si
a decem libris usque in quin
quaginta Pena quinqua
ginta librarum puniatur
Si Vero A quinquaginta
libris usque in centum pu
niatur in Centum libris
denariorum Et Centum
libris supra Quantacumque
fuerit quantitas Pena du
centarum librarum puni
atur Et in quibuscumque
caſibus predictorum tene
atur Auferens reſtituere
rem ablatam siue ualorem
ipſius ultra penas predic
tas Et si talis fur infra
terminum decem dierum
poſt latam sententiam
non reſtituet bona per — declaratio in [illegible] furto
Eum ablata uel Satiſfece
rit domino et patrono Et
non ſoluerit dictas penas
in qua condemnatus eſſet
Poteſtas uel Eius uicarius
teneantur et debeant talem
furem fruſtigari facere

prout in capitulo de frangentibus domum alienam Latius patet

De falso Teste R. 31

FALSAM testificationem si qua Persona fecerit contra Aliquem in octuaginta libris denariorum uice qualibet puniatur Si inde querela exposita fuerit aliter procedi nō possit Et si aliquod damnum substinuerit teneatur Emendare sacramēto Patientis

Q licceat Unicuiqꝫ se defendere Cum moderamine inculpate Tutele R. 32

Statuimus et ordinamus ꝙ si qua persōa pro defensione sui corporis et se defendendo aliquam personam percusserit uel offenderit Siue aliquā iniuriam alicui intulerit quoqmodo ad penam aliquam nullatenus teneatur Et predicta intelligi uolumus si defensio fiat cum moderamine inculpate tutele vꝫ si percutiat cum eodem genere armorum sicut sunt illa cum quibus aggreditur vꝫ si aggreditur pugno ꝙ pugno se defendat alias non dicatur defensio Et ꝙ dicta defensio fiat eodem tempore et incontinenti et post illatā uel cōminatam actualiter offēsam

De accipientibus caputeū uel biretum de capite alicuius R. 33

Caputeum alienum uel biretum de capite malo modo si qua persona alicui acceperit in decem solidis uice qualibet Puniatur

De Ementibus furtu R. 34

